mandat papa quibusdam iudicibus: quate
nus super predictis veritatem inquirant: ⁊
si constiterit ꝙ ante litem cõtestatam: vel eti
am pꝰ appellationem ex causis premissis in
terpositam testes super consanguinitate cir
ca matrimonium absqꝫ culpa contumacie
recepti fuissent attestationes illas decernant
irritas: ⁊ inanes ⁊ mulierem illam compel
lant ad virum suum redire facta restitutiõe
plenaria tam terre ꝙ̃ vxoris causam audiãt
fine canonico terminantes eandem. ¶ No
ta tres causas recusationis ꝙ iudex sit con
sanguineus illius ꝙ qui moratur cuꝫ aduer
sario meo: ⁊ ꝙ qui ei prestant consiliuꝫ ⁊ au
xiliũ pñt recusari. Itẽ iudx q ortꝰ ẽ de terra
i q̃ aduersariꝰ meꝰ hꝫ iurisditõeꝫ pt r̃cusari.
Item nullus debet citari ad locum non tutũ
Item nõ tenetur nec debet quis propter cau
tionem committere se suis inimicis. Item te
stes recepti lite nõ contestate vel post appel
lationem non valent. Item in causa matri
monii propter contumaciam etiam ante litẽ
contestatam testes recipi possunt. Item recu
satio primo facienda est ante ingressum cau
se principalis. Idem.

Q Uoniam frequẽter Q. i
dubitabatur frequenter vtruꝫ lite
non conte. testes recipi valeant vt patet per
precedẽtia iura. statuit papa regulariter ve
rum esse ꝙ lite non contest. ad testium recep
tionem non est procedendum ab ista genera
litate excipiũtur quidam casus in quibus li
te non contesta. testes recipi possunt vt si de
morte testium timeatur vel absentia diutur
na: tunc si causa sit ciuilis ne veritas occulte
tur ⁊ copia probationis aliquibus casibus
fortuitis subtrahatur senes ⁊ valitudinarii
⁊ alii testes de quibus ex aliqua rationabi
li causa timetur recipiendi sunt lite non con
testata siue pars conuenta sit contumax: siue
sit absens absqꝫ malitia vt conueniri nõ pos
sit: sed si actor non conuenerit aduersarium
infra annum ex quo poterit cõueniri vel sal
tem nisi renunciauerit illi receptiõi huius at
testationes ille non valeant ne forte hoc pro
curet in fraudem vt processu temporis legiti
me defensiones locum habere non possunt.
¶ Porrõ. In isto. §. adhuc excipiuntur
duo casus a ꝑdicta regula i qbꝰ testes recipi
possũt lite nõ ɔt. primꝰ ẽ si sup elcõne alicuiꝰ
qõ moueat̃. secũdꝰ si sr m̃rimõio siue copula

maritali qō oriatur. Jn hiis duobus casib⁹
ne ꝓpter longā morā in spūalibus ⁊ tpalib⁹
patiatur ecclā lesiōem: ⁊ ne viro vel mulieri
fornicationis occasio ꝑbeatur si ꝯtumax fu
erit ille ꝯtra quē actio fuerit ꝓponēda testes
lit. non cōt. sunt admittendi si liquet de cau
sa ad diffinitiuā ē ꝓcedendū.

¶ Si vero alter. Jn isto. §. dr̄ ꝙ si ille cō
tra quem ꝓceditur sit absens ⁊ nō per ꝯtū
ciam ⁊ agatur de spūali ꝯiugio inter ꝑlatū
⁊ ecclesiam iam ꝯtracto illud obseruetur qd̄
super expectatione taliū ē in sacris canonib⁹
ꝯstitutū. ¶ Sed si agat̄ de spūali ꝯiugio ꝯ
trahendo electus ꝑ spaciū sex mensium ex
spectetur nisi superior plus vel minus vide
rit expectādum pensatis negocii circūstantiis
Si vero de carnali ꝯiugio sit agendū tam
diu alteruter cōiugū expectet̄: donec de ip
sius obitu verisimiliter ꝑsumatur: quia cū
sine culpa sit absens vt iusto forte ipedimēto
detineat̄ vel volūtate ꝓpria: sꝫ nō maliciose i
remotis partibus moram faciat: ita ꝙ i bre
ui citari nō possit: ⁊ ideo ꝯtra eum ꝓcedi n̄
haberet eo non obstāte quod de lapsu car
nis possit opponi: quia in matrimonio mul
ti casus occurrūt in quibus coniuges conti
nere coguntur: sine culpa cā tn̄ subest.

¶ Sunt ⁊ alii. Jn isto. §. adhuc excipiun
tur duo alii casus in quibus testes recipiun
tur lite non contestata: puta cum prelat⁹ ex
offō suo ꝓcedit ꝑ inquisitionem circa subdi
toꝝ excessus. Jtem quando testes ad ꝑpetu
am rei memoriā publicant̄.

¶ Jn aliis vero dr̄ in isto. §. ꝙ in aliis cā
bus a ꝑdictis sex hoc modo ē ꝓcedendum.
videndum ē vtrum agatur actione reali an
personali si agatur reali actione: ⁊ reus con
tumax fuerit mittendus est actor in possessi
onem rei petite ut tedio affectus reus veni
at responsurus ⁊ si infra annum venerit pre
stita cautione de iudicio sisti: ⁊ satisdatiōe
accepta de restituendis expensis possessiōeꝫ
suam recuperet: ꝙ si cautionē offerre neglex
erit infra annū p⁹ annuꝫ actor iuris erit pos
sessor reseruata defensione legittia sup pro
prietate absentis.

¶ Quod si. Jn. §. primo dictū ē quan
do quis conuenit̄ sup rebus imobilib⁹ quas
possidꝫ nomine alieno. debꝫ ille statim noīa
re dominū in iudicio: ⁊ iudex debet ei termī
num assignare vt denunciet domino: vt ipē
coram eo veniat: vel idoneum dirigat respō
salem: vt actori respondeat: si vero domin⁹
ad ipm̄ statutū non venerit tanꝗ litis ꝯtesta
tio ꝗtū ad interrumpendā prescriptōem lon
gi temporis ex eo die quo possessor ad iudi
cium vocatus fuit iudex vocabit dominum
legittimis edictis ⁊ si non venerit iudex sum
matim examinabit negocium ⁊ in possessio
nem reꝝ petitarum actorem mittere nō tar
dabit omni allegatione absenti sup principa
li qōe reseruata.

¶ Si autem sup personali. Jn isto. §.
ꝓsequitur aliud membꝝ distinctiōis dr̄ hic
ꝙ si aliquis ꝯueniatur super actōe personali
⁊ ꝯtumax fuerit: vel mittendus ē actor i pos
sessionem mobilium bonoꝝ ipsius: vel imo
bilium si forte non habeat mobilia ꝓ modo
debiti in libello declarati: vel ipē cōtumax
excōmunicetur: ita. s. ꝙ iudex a principio al
terutra pena sit contentus quam magis vid̄
rit expedire ad alterutrā nihilominus ꝓces
surus si hoc meruerit ꝓternitas ꝯtumacis ⁊
si venerit infra annū: vel etiam post annum
audietur ꝭm quod auditur ille qui ꝯuenitur
actōe reali que infra annū recuꝑat possessio
nem: vt dictum ē supra. §. in aliis. eodem mō
auditur iste ante annum ⁊ post: sicut ille au
dit̄ annum notabiliter notatur quicqd i hac
decretali: ⁊ in quolibꝫ. §. dr̄.

De iuramento calumnie. Hono. iii.

INherentes Jn legib⁹
inuenitur vt nullus clericus iurar̄
presumat alibi reperitur in lege ꝙ omēs pri
cipales persone in primo litis exordio sube
ant calumnie iuramentū ꝓpter hanc diuersi
tatem pleriqꝫ dubitabant: vtrum cleric⁹ hoc
iuramētū ꝑstare debeat: aut alij officiū hoc
cōmittere ꝙ constō diui marci ē vt clerici iu
rare ꝓhibentur: de clericis constantinus lo
qui videtur: ⁊ ideo ad alios non credit̄ per

tinere quesitū fuit ab iperatore henrico qualiter ista contrarietas esset intelligenda ipse henricus vt ista dubietas auferat cōstitutionē diui marci ita interpretat vt ad oēs clericos ecclesiarū generaliter pertinere iudicetur ꝛ honorius eius interpretatiōem cōfirmat ꝛ illā constitutiōem diui marci ita interpretari decernit vt ad oēs clericos generaliter pertinere dicat. ꝛ imperator iustinianus decernit vt canones vim legū obtineāt ꝛ in canonibꝰ patrū reperitur vt clerici iurare nō audeant: ꝛ ideo clericalis ordo a prestādo iuramento calūnie sit imunis vnde statuit iperator vt nō eps nō pbr nō cuiuscūq; ordinis clericus nō abbas: nō aliquis monachus vel monialis i quacūq; cā crimiali vel ciuili iusiurādū cal. subire cogat. sed alijs defensoribus hoc officiū cōmittatur. In fine dicit papa ꝙ nullus eps in cōsulto romano pontifice: vel aliquis clericus in cōsulto suo epo iurare audeat ꝛ q̄cūq; cōtra hoc edictū ōmiserit veniā sibi nouerit denegādā. ¶ Nota ꝙ quelibet ecclia suū defensorē d; hēre ad agendū ꝛ defendendū qui iuret de calūnia. Itē nullus clericus taliter iurare d; sine lūia sui prelati. Idem.

Litteras Quedam cā decimarū commissa fuit quibusdā iudicibus. contentio erat inter partes de iura. calū. quesiuerūt iudices a papa vtrū dēret illud iuramentū i hac cā prestari. Respōdetur ꝙ romana ecclesia in his casibus in quibus de ecclesijs decimis ꝛ rebus spiritualibus tantū agit iuramentū calū. nec dare nec recipere ōsueuit: qz hmōi cā spūalis tractari d; ex canonū equitate nō ex legū distinctiōe cū canones in causis hmōi nulli inducūt hmōi iuramētū vnde dimissa ōtentiōe de iura. mēto calū. in cā procedāt. ¶ Nota in cāis spūalibus iuramētū calū. nō esse prestādū nec rigor iuris ciuilis seruādus ē sed equitas canonica. Euge. pa.

Inpertractandis. Querebat vtrū i cāis tractādis iuramētū calū. indifferēter sit prestādū a quacūq; persona. Respōdet ꝙ nō passim prestandū ē tale iuramētū sed ōsiderari d; qualitas cāe ꝛ pricipaliū personarū quoniā prestat per pricipales psonas quādoq; p sindicos qui in aiam suā iurare debent. ¶ Nota ꝙ pricipalis dñs cāe de calū. iurat non procurator sindicus vero in aiam suā. Idez

Imperator. Quidam iudices exigebāt calūnie iuramētum ab abbate ꝛ fratribus clare vallis: sed quia ipsi iurare nolebāt petebatur a papa vt ad hoc eos cōpelleret. respōdet papa ꝙ ad hoc eos cōpellere nō d;: verūtamē ne hac occasione aliena iurat illicite detineant ꝛ ipsi etiā a cā sua decidāt si ex parte ipsorū hmōi non fuerit prestitū iuramētū precipit eis papa. quatenus in suo mōasterio iconomū statuāt qui pro eis agat ꝛ respōdeat ꝛ de calūnia iuret: ꝛ si hoc non fecerit eps neumaseū. diocesis illorū iconomū idoneum statuat in ipso monasterio. ¶ Nota ꝙ qui de calūnia iurare non vult cadat a cā. Itē monaci nō cōpellūtur iuramētum de calumnia prestare dūmodo per alium prestetur.

Lucius tertius.

Ceterum qz. Dicitur hic ꝙ in causis ciuilibus iuramentum calūnie prestari debet ad hoc vt veritas eliciatur non obstante contraria consuetudine.

Innocen. tertius.

Cum causam Inter archiepiscopum rauennatem ex parte vna ꝛ cōmune fauentie ex altera questio vertebatur super villa luci ꝛ quibusdā alijs que commissa fuit quibusdam iudicibus: et quia ipsi in negocio non procedebant. papa dedit partibus in mandatis vt pro causa ipsa ad sedem apostolicam procuratores idoneos destinarent procuratoribus in presentia pape cōstitutis petitionē archiepiscopi fecit exhiberi ꝛ ad eam partem alterā respondere. factis quibusdam interrogationibus ꝛ respōsionibus redactis in scriptis ꝛ lite legitime contestata iuramentum calumnie fecit

a p̄dictis ꝑcuratorib⁹ vtrūq; p̄stari. Nota ꝙ ꝓcurator vniuersitatis iurat de calūnia. Itē li.ꝯte.stati iuramētū calūnie p̄stari d;. Gregorius.ix.

Cum in causa Inter ep̄; bel lunen̄.⁊ quedā .M. noīe q̄dā cā pe cuniaria vertebať: quesiuit ep̄s vtrū in cā il la deberet ip̄e de calūnia iurare. respōd; ꝙ si p sindicū vel actorē elegerit litigare p ip̄m p̄stādū erit iuramētū: si vero p seip̄m litiga re voluerit: ip̄se idē ep̄s p̄stare d; hmōi iura mētū ꝓpositis ante ip̄m euāgelijs sed non ta ctis sicut iserēdo testimonio fieri ꝯsueuit. In fine dicit pena illius q hoc iuramētū p̄stare nō vult ē vt actor cadat ab istituta actiōe. re us vero p ꝯfesso hēatur. ¶ Nota ꝙ ep̄s in ꝓ pria p̄sona si vult pōt tractare cām suā ⁊ tūc iurat de calū. sed nō tāgit euangelia ꝑpter re uerētiā ep̄alē. Itē q nō vult iurare de calū. amittit cām. De dilatiōibus. rubrica. Alexāder.iij.

Dilecti filii Inter ab batē ⁊ monachos de hen. ex vna pte: ⁊ mōiales de lesen̄. ex altera sup eccl̄ia de alf. coraȝ decāo ⁊ ar chidiacono licoien.a se. ap. delegatis qō ver tebať. iudices predicti ad petitiōem moniali um citauerūt monachos ⁊ p̄ptorie ⁊ nīmis breuē terminū statuerūt abbas ⁊ mōachi ti mētes se a iudicibus aggrauari eo ꝙ prima vice terminū p̄emptoriū ⁊ nimis breuē statu erūt ad se. apo. appellarūt. Respōdet pa. iu dicibus dicēs ꝙ nō spectat ad iuris ordine; diē p̄emptoriū taliter maturare ⁊ p̄cipue cū agitur de rebus ecclesiasticis nisi necessitas i mineret. Unde mādat papa quatenus si est ita qcq̄d factū ē post illā appellōem totu; de beat i irritū reuocari ⁊ iuxta ꝯtinētiā priorū lr̄arū in cā ꝓcedi. Nota ꝙ prima vice p̄emp toriū ꝓponi nō d;: nisi ex magna cā ⁊ appel latio ꝑpter hoc facta v; vt hic patet. Celestinus tertius.

Preterea Aliq̄ cā ꝯmissa ē alicui iudici de legato ip̄e citat reū ⁊ in lr̄is citōis īserit teno rē rescripti vt reus eo viso deliberať valeat sup eo de quo ꝯuenit̄ reus i termio sibi ꝯsti tuto ⁊ libello sibi oblato petit iducias ad de liberādū actor dicit ꝙ nō ē audiēdus q; bn̄ potuit deliberare si voluit i spacio dilatiōis q̄ritur qd iuris sit. respondeť ꝙ si reus ad iu diciū vocatus potuit istrui sup eo de quo cō uenit̄ ex rescripto sibi trāsmisso indutie deli beratorie nō sunt ei vlterius idulgēde s; ꝓce deř d; iudex i negō sibi cōmisso. Nota ꝙ iu dex delegat⁹ tenorē rescripti d; iserere i lr̄is citatorijs ⁊ tūc ille idutie erūt deliberatorie: ita ꝙ reo ad terminū veniēte recepto libello stati d; respōdere nec hēbit iducias ad deli berādū si ex rescripto instrui plene potuit. Honorius tertius.

Littere tue. Inter archi p̄sbyterū scē prisce ⁊ āgle ꝺ vrbe: ⁊ quosdā nobiles. a ⁊.g. corā ep̄o florētino sup p̄siōne quarūdā possessio nū qō vertebať. archip̄br̄ noīe eccl̄ie sue ob tulit libellū predictis nobilib⁹ ꝯtinētē: ꝙ pen sio de possessiōib⁹ q̄buldā ꝑtinētibus ad ec clesiā suā ip̄i ecclesie soluta nō fuerat ia; tri bus annis ⁊ vltra: ip̄si nobiles petiuerunt ex plicari spaciū ꝙ hāc dctōe; ⁊ vltra signifi care volebat ⁊ archip̄br̄ exp̄ssit ꝙ. vij. annis elapsis fuerat i solutōe p̄dicte p̄siōis cessatū idē nobiles dicētes libellū esse p hmōi exp̄ssi onem mutatum petebant inducias ad deli berandum: ⁊ q; illis denegauit appellarunt. papa v̄o appellatōe; hmōi friuolā reputās Mādat ep̄o quaten⁹ ea nō obstāte ꝓcedat in negocio ip̄o iuxta prioꝝ lr̄aꝝ ꝯtinentiam ¶ Nota ꝙ pp leuē exp̄ssionē i libello factu; nō d; qs nouas hr̄e inducias: cū i prima de liberare potuit. Itē nota ꝙ oē verbū dubi um in libello declarari d;. Grego.ix.

Exposuit nobis. In ter butiricen. ⁊ burdegalē. archiep̄os vertebať questio super iur̄ primatie papa citauit bur degalen. archiepiscopu; vt ad inicium qua dragesime per se: vel idoneum responsa le; ad presentiā eius accederet que⁹ terminū

sibi pemptoriū assignauit bituricen̄. archie piscopo sup iure primacie responsurus: post modū dictus burdegalēsis .p subsidio rōne ecclesie vocatus ad presentiaꝫ dn̄i pape pso naliter accessit dictus in curia ꝯstitut⁹ postu lauit instāter vt papa in negō primatie .pce deret. Burdegalē̄ ad .ppria rediēs quēdaꝫ cōstituit .pcuratoreꝫ q saluis exceptiōibus si bi cōpetētibus in respōdēdo ⁊ defēdēdo oia facereꝫ que ipsemet burdegalē̄ facere posset. bituricē̄ archieps petijt vt dictus .pcurator respōderet sibi: ille excipiendo .pposuit se ad hoc nō teneri qꝛ p alia cā. s. publica vtilitate dictus burdegalē̄ vocatus fuerat quare .p absente debuit reputari ⁊ priuilegiū reuocā di domū hēre cum adhuc nō deliberauerat cū suffraganeis suis ⁊ alijs quoꝝ ꝯsiliū cau sa ista requirit nec habuerat tēpus i quo ad vtrūqꝫ negociū potuerit eē paratus. Ex ad uerso fuit rn̄sum ꝙ cū ipse prius vocat⁹ fuis set sup qōe pmissa nō fuit intētiōis papa pri mū mandatū p posterius reuocare: ⁊ tantum tp̄s habuit quod bene potuit deliberare su per vtroqꝫ negō. do. papa de ꝯsilio fratrum suoꝝ adhuc dilatiōeꝫ sibi ꝯcessit vsqꝫ ad fe stū natiuitatis domini. ¶ Nota ꝙ ad curiā romanā vocatus ē .ppter publicā vtilitatem eccłie romane nō tenet̄ tūc suis aduersarijs respōdere lꝫ papa sit ordiarius oim̄ ꝙ habꝫ ius reuocādi domuꝫ.

De feriis. Rubrica.

Omnes dies Littera in istis tribus capi tulis plene patet:

Clemēs tertius.

Capellanus In cāo nib⁹ di citur ꝙ nuptie celebrare nō debēt i tribus ebdomadis ante festū bti iohānis ba ptiste: qdā dicebāt septimanas illas sine ali qua iterpellatōe ꝯtinuādas ipsi festo: alii vo lūt facere iteruallū inter ipm̄ festū ⁊ illas eb domadas ⁊ ob reuerētiā festiuitatis penthe costes fuisse statutū: q̄ festiuitas pēthecostes solet in septimanis ipsis iteruenire qn̄qꝫ ⁊ sic a tribus diebus rogationū ante ascēsionem domini vsqꝫ ad octauū diē post pētecosten: ꝯputatis illis septimanis illo tātū tp̄e spacio nuptie ipediūtur celebrari: q̄siuit qdā eps̄ p capellanū suū q opinionū istarū melior esset Respōdet papa ꝙ ꝯsuetudo ē romane eccle sie vt quocūqꝫ tp̄e mr̄imoniū ꝯtrahatur p cō sensū ltim de p̄senti tamē a septuagesima vs qꝫ ad. vii. diē post pēthe. nuptie celebrari nō sinūtur ⁊ postea sine dn̄ia celebrant̄ siue sint tres septimāe vł ples ante festū bti ioānis: ⁊ tō posterior sn̄ia meliori ⁊ subtiliori rōne in nat: ⁊ siue ſm canones a septuagesima vsqꝫ ad octauā pasce. siue post. vii. diē festi pēte costes nuptie suspēdātur i dominica q̄ sequit̄ ⁊ deiceps licite celebrātur. Nota ꝙ illa sn̄ia sp dꝫ obſuari que meliori ⁊ subtiliori rōe in uat̄. Iteꝫ ꝯsuetudo romāe ecclesie debet ser uari. Gregorius. ix.

Conquestus Que situm fuit q essent dies illi qbus ob reuerentiā dei iudicioꝝ strepitus ꝯqescere dꝫ: ⁊ vtrū ptes renūciare valeāt feriis illoꝝ dierū. respōdet papa ꝙ lꝫ nō prorogari sꝫ expediri dēant q̄ stiōes tamē dieb⁹ illis q ob reuerētiā dei sta tuti sunt iudicioꝝ strepitus ꝯqescere dꝫ ⁊ re nūciantur hic dies illi ⁊ aliis dieb⁹ solēnib⁹ vtiqꝫ abstinere vsqꝫ adeo ab hm̄oi ꝯuēit ab stinere vt ēt ptibus ꝯsentiētibus nec .pcessus tūc hitus nec sn̄ia dieb⁹ illis .pmulgata vale at nisi nccitas vrgeat vel pietas suadeat. ill' aūt feriis q̄ gr̄a messiū vł vidēmiarū itrodu cte sūt possūt ptes renūciare vt tūc iudicialis .pcessus ⁊ sn̄ia valeat. Nota ꝙ feriis itrodu ctis i reuerētiā dei nullus pōt renūciare nisi nccitas vel pietas aliud iducat. Itē nccitas vel pietas nō ē sub lege. itē aliis feriis pōt re nūciari.

De ordie cognitionū. rubrica.

Clemens tertius.

Intelleximus Quedā petebat quēdaꝫ in virū. induxit testes ad pro bandū suā itētionē vir timēs sibi fieri p̄iudiciū p testes illos excep. ꝯsang.

obiecit per quā mulieris petitiōem repellere intēdebat. querebat an primo esset de ipedimēto ɔsāguinitatis agēdū q̄ sr cā mrīmonii snia ꝓferat. rñdʒ pa. q exceptō ɔsāg. ꝓbata pricipalis qō est pemptoria ⁊ iō est ante cognoscēdū quē ad diffinitiōis articulū ꝓcedat quo cognito ⁊ probato vir ab ipetitiōe mulieris dʒ absolui. Nota q exceptio pēptoria ante sniam oppositā debeat examinari ⁊ cognosci de ea anteq̄ snia sup pricipali qōe feratur qꝛ ex illa appebit qualiter dēat formari sententia. Itē sup exceptiōe pemptoria siue incidēti nō pronūciatur sed sup principali qōne.

Innocen. tertius.

Cum dilectus Abbas de serētillo accedēs ad presentiā domini pape ɔquestus fuit noie monasterii sui de quibusdā nobilibus dñis de arone q ipsi manu armata ⁊ cū exercitu ad castra monasterii sui veniētes monasteriū ipsū dānificauerūt in prediis aialiū ⁊ rebus aliis de quibus iusticiā sibi fieri postulauit ex parte dictorū nobiliū i modū exceptiōis citra cōtestatiōem fuit responsū q milites ipsi p dolū et violētiā ipsius abbatis amiserāt castrū sirati quod ipsi ⁊ progenitores ipsoꝝ tenuerant ⁊ possederant in quiete petentes illud sibi restitui prius quasi petitiōibus abbatis respōderent cū testes hērent presentes p quos incōtinēti intentionē suā ꝓbare volebāt. Ex parte abbatis fuit taliter replicatū q ab ipso restitutio peti nō poterat qui nō fuerat spoliatoꝛ ꝓserti cū castrū illud ad ꝓprietatē monasterii pertineret qđ nō diffitebatur pars aduersa. vnde cū ad ipm monasteriū res ipa redierit ab alio possessa dʒ retētiōis cōmoduʒ obtinere etiā post tempora longiora: ⁊ iudiciū restitutoriū cōtra spoliatorē tantū cōpetit dñs papa his ⁊ aliis intellectis distiguit hoc mō vtrū spoliationis qđ ab illis nobilibꝰ obiecta sit in modū actiōis ad restitutiōem petendā an in formā exceptiōis ad intētionem aduersarii repellendā: si vero sit ꝓposita in modū actionis tūc intelligūtur mutue petitiones: se se tanq̄ diuerse minime ɔtigētes ⁊ fm regulam illā q prioꝛ appellat prioꝛ agat. illa qđ que primo ponit̄ primo dʒ tractari ⁊ vicissim tractat̄ eadē debēt snia termiari: sʒ qꝛ illa qđ fuit a predictis nobilibꝰ in moduʒ exceptiōis ꝓposita interloquēdo ꝓnūciat vt ꝓbatiōes eoꝝ super ipsa exceptiōe primitꝰ audiant̄ ⁊ ea probata abbati respōdere nō cōpellantur donec restituant̄ ab ipso qꝛ spoliatus ante restitutiōem suo spoliatori respōdere nō cogatur. Sʒ spoliatiōe i modū exceptionis tantū probata nō est ꝓpter hoc restō faciēda sicut si in modū exceptiōis crimen testi opponitur vt a testimonio repellatur: ⁊ si crimen contra testē ꝓbatū fuerit ciuiliter nō iō pena ordināda sibi dʒ infligi sed testimonio eius credi nō dʒ: ⁊ hoc ideo ɔtingit qꝛ in ipm accusatio non ꝓcedit ⁊ iter īfames quasi ex falso testimōio non habētur quoꝝ testimoniū reprobatur. ¶ Nota q qđ spoliatōis duobus modis pōt opponi ɔtra suū spoliatorē in modū. s. actiōis ⁊ sic sūt due petitiones ⁊ simul tractāde ⁊ in hoc nō est priuilegiata qñ ambe sūt restitutorie. Itē in modū exceptiōis ⁊ fm hoc non tenetur aduersario respondere spoliatiōe ꝓbata quocūqʒ mō agit spoliatoꝛ. Itē spoliatus suo spoliatori ante restitutionē non cogitur respondere. Itē cum crimē ciuiliter ꝓbatur testis non punitur pena ordinaria sed solūmō a testimonio repellitur. Itē ex mō agendi formari dʒ snia.

Honorius tertius.

Tuam Mortuo comite cāpane sine prole regia cipri dicebat q debebat illi succedere in comitatu proximioꝛ quidā alius hoc intelligens accessit ad dominum papā proponens q cuʒ ipsa regina non fuisset de legitimo matrimonio nata dicto comiti succedere non debebat. ¶ Sed ipse paratus erat probare presentia domini pape: petēs ab ipso vt mādaret regi francie vt si forsan dicta regina sup successione comitatus predicti coram ipso ꝓponeret questiōem nō audiret eandē: donec cā nataliū ex qua illa depēderet fuerit terminata: quod papa nō distulit adimplere mortuo ipso rege cui papa predicta mādauerat

successit ei lodouicus filius eius. vnde papa scribit eidē super eodē negocio credens pru dentiā ipsius non latere cām nataliū que nisi terminata esset incipere cām successionis de pendētem ex illa nihil aliud esset ꝙ negociuꝫ ipsum diuersis processibus intricare ꝛ ordi nem iuris perturbare. ꝛ ideo si ab ipsa regi na fuerit requisitus super hoc patienter expe ctet donec causa nataliū per sedē apostolicā fuerit terminata. ¶ Nota ꝙ cā nataliū ad fo rū ecclesiasticū spectat. Iteꝫ cā natiuitatis p̄ iudicialis est ad cām successionis: ꝛ ideo pri mo debet termiari: sed si ꝯtrariū fieret ordo iuris peruertetur quod esse nō debet: nec va leret ꝓcessus successionis: si legitima nō ꝓnū ciaretur: Grego. ix.

Super spoliatione

Ali quis fuit spoliatus ab aduersario suo. spoliatus traxit suū spoliatorē in causaꝫ petens sibi restitui rem illā qua eū spoliaue rat spoliator volebat eū reconuenire: querit̄ quid iuris sit: Respōdetur ꝙ spoliator iste non est audiēdus volēs recōuenire spoliatū nisi vellet eū recōuenire de alia spoliatione quia petitio spoliationis in hoc priuilegiata est vt qui illā intentat nisi cogitur respōdere suo spoliatori anteꝙ̄ fuerit restitutus sed si spoliator in modū exceptionis opponat de alia spoliatione contra ipsum spoliatū repel litur ab agendo. ¶ Nota ꝙ questio spolia tionis priuilegiata est vt spoliator nō possit recōuenire spoliatū iudicio petitorio.

De plus petitiōibus Rubrica. Greg. ix.

Consilium

Ali qs mutuauit pecūiaꝫ alicui ami co restituendā sibi certo ter mino. Iste repetebat ante terminū illā pecu niam. respondebatur ꝙ nō poterat repetere ante terminū illam pecuniā imo de hoc pu niri debebat: consuluit papaꝫ qui super hoc respondet ei non fuit cōsiliū ꝓuidētie ꝙ ante terminū pecuniā tibi debitaꝫ repetisti vnde punitur iportunitas plus petentiū si in iudi cio ꝯtiterit in sua petitiōe hoc mō si plus re petit sine causa in expensis aduersario con demnatur qui plus petit loco ad interesse te netur ꝓ eo ꝙ vtilitas adimitur debitori quā habuisset si loco statuto soluisset ꝛ ei q plus petit tp̄e duplicātur inducie nec respondere tenet̄ nisi ei soluātur expense.

¶ Te quoqꝫ. In isto. §. exponit quatuor modos predictos plus petēdi ille petit plus cā qui cū aliquid debetur in genere vel sub alternatione rem in specie vel vnū precise pe tit. Reuero plus petit si deceꝫ sint debita ꝛ ipse petit. xx. loco plus petit: cū quis alibi cō uenitur ꝙ soluere cōuenit. Tēpore plus peti tur cum ante terminū vel conditionē petitur quod debetur. ¶ Nota hic quatuor modos plus petendi ꝛ penā qui cōtra facit.

De cā possessionis ꝛ ꝓprietatis. rubrica Gregorius.

Susceptis

Qui dā fe lix noie de sicilia hēbat cāꝫ cū aduersario suo petebat a papa vt cām possessiōis cō mitteret vni iudici ꝛ cām ꝓprietatis alij: ad hoc rn̄det papa ꝙ legali ꝓuisiōe decretuꝫ ē cām possessiōis ꝛ ꝓprietatis sub vno ꝛ eodē iudice debere cognosci vnde nō admittit pe tiōem ipsius Itē petebat a papa vt ꝯtra ad uersariū suū absentē diffinitiuā ꝓferret sn̄iaꝫ ꝛ ipse rn̄det ꝙ ꝯtra nō auditā p̄tē ꝛ absenteꝫ nihil pōt diffinire. ¶ Nota ꝙ cā pos. ꝛ p. apō eūdē iudicē dꝫ cognosci ꝛ finiri ꝛ sic ꝯtinētia cause diuidi nō debet. Itē ꝯtra absentē non ꝯtumacē nō est ꝓcedēdū. Celesti. iij.

Multi

mū. Cā cōmissa fuit qbusdā iudici bus quo ad possessoriū ꝛ petitori um. iudices volētes parcere laborib⁹ ꝛ par tiū expēsis de vtraqꝫ qōe cōmixtī audiūt al legatiōes ꝛ testes recipiūt postmodū audiūt allegatiōes ꝛ testes sup possessiōe ꝓnūciant fm tenorē illarū queritur vtruꝫ hoc fieri pos sit. respōdet papa ꝙ licite illud fieri potest cū etiā sit i iure ciuili expssum. ¶ Nota ꝙ cā possessiōis ꝛ ꝓprie. simul tractari possunt al cā possessiōis precedere dꝫ. Inno. iij.

Ecclesia

QUam ecclesia subitrina vacante canonici ɔueniẽtes in vnum ⁊ inuocata spiritus sancti gratia pastorem cõmuniter elegerunt petentes postmodũ electionem ipsius per sedẽ apostolicã confirmari. clerici cõuentualiũ ecclesiasticuꝫ eiusdem opposuerũt se huic electioni. In auditorũ presentia ꝑponẽtes ꝙ cũ in electõib⁹ episcoporũ ipsi ac eorũ predecessores cõsueuerunt interesse. canonici sutrinenses eis contemptis ⁊ exclusis ad electionẽ procedere ꝑ̃sumpserunt vnde non confirmari sed interrũpi potius petebant eandẽ: petitoriũ ⁊ possessorium intentantes lite contestata testes recepti fuerunt vtriuqꝫ attestationibus publicatis pars canonicorum dicebat intentionem suam esse probatam sufficienter: ꝙ ad eos tantum spectaret electio pars clericoruꝫ asserebat ꝙ per dicta suorum testium plene probauerat ꝙ electioni põtificis interesse debebant ⁊ ꝙ in trium episcopoꝝ electiõibus qui vltimo ⁊ ĩmediate ecclesie sutrine prefuerant vocem habuerant cum canonicis eligẽdi. dominus papa examinatis attestatiõib⁹ antedictis deprehendit testes canonicorum in perhibẽdis testimoniis varios fuisse: ⁊ vacillasse contra fidem suã ⁊ ꝙ negatiuaꝫ ꝓbare nitebantur vt ad ipsos nõ aduersarios ꝑtineret ius eligendi: pars vero clericorũ sufficienter ostendit ꝙ in tribus electionibus episcopoꝝ de quibus premissum est fuerunt presentes ⁊ habuerunt vocem eligendi. vnde papa electionẽ factã contemptis ⁊ exclusis clericis antedictis cassauit reducens clericos ipsos in eam quasi possessionem quã ante motam controuersiã habuerunt verũ quia utraqꝫ pars quicquid iuris habuerat in questiõe predicta deduxerat in iudicium ⁊ in iure ciuili sit cautum nõ solum illud venire in iudicium de quo dictum est vt veniat sed etiam illud venit in iudicium quod nominatim nõ est prohibitum ⁊ ſm statuta canonica electiones episcoporũ ad canonicos cathedraliuꝫ ecclesiarum non est dubiũ pertinere nisi sec⁹ aliud obtineatur de consuetudine speciali: ⁊ licet clerici predicti ꝓbauissent ter se interfuisse in electionibus episcopoꝝ de quibus ꝑ̃missum est ius tamen eligendi propter breuitatem temporis nõ perduxerunt vsqꝫ ad legitimã prescriptionem vnde ius aliquod sibi acquirere nõ potuerũt: ⁊ actore non ꝓbante reus debet absolui: his oĩbus rationibus cõsideratis. papa absoluit canõicos predictos ab ipetitione predictorum clericorum super faciendis electionibus episcoporũ sibi super hoc silentium perpetuũ imponens. Multa notabilia hic nota primo ꝙ testis qui varius est in dicto suo nõ valet. Item qui vacillat Itẽ qui negatiuã directã probare nititur nõ valet. Itẽ possessoriũ ⁊ petitoriũ simul põt ĩtentari. Item qui probat spoliatõem restituitur ⁊ si deficit in proprietate stati destituit. Itẽ cũ simul agitur possessorio ⁊ petitorio: primo ꝓnunciatur super possessorio. Itẽ de iure cõmuni electio epoꝝ pertinet ad canonicos nisi cõsuetudo prescripta aliud inducat. Item ius eligendi potest prescribi: sed hic nõ prescripserunt: ⁊ ideo succubuerunt. Iteꝫ actore nõ ꝓbante reus dꝫ absolui. Idem.

CUm super Vacante bethlemitana ecclesia duo electi fuerunt ad eã R. subdiacon⁹ domini pape ⁊. p. canonic⁹ sancti sepulchri. R. subdiaconus fuit ɔfirmatus per patriarcham ierosolimitanũ: ⁊ positionẽ adept⁹: sꝫ postea ꝑ potentiã sclarẽ spoliatus postmodum vterqꝫ electus ad apostolicam sedem accessit predictus. R. subdiaconus ꝓposuit. ꝙ cum esset canonice electus cõfirmatus etiam per patriarcham ⁊ spoliat⁹ ꝑ potentiam secularem petebat electõem suã ɔfirmari ⁊ restitui ad possessionem q̃ fuerat spoliatus. ꝑ̃dictus. p. petebat suam electionem ɔfirmari lit. ɔtest. sup ꝑ̃dictis petitiõibus: ⁊ ꝓbationibus hinc inde receptis ⁊ examinatis: quia dictus. R. diaconus: probauit se ꝑ potentiam secularem spoliatum: papa iusticia mediante ipm restituit veꝝ qꝛ tã petitorium q̃ possessorium deductam fuit in iudiciũ: ⁊ tam restõis q̃ electionis qõ pleni⁹ examinata ⁊ ɔstitit domino pape electiones

vtriusq; canonicā non fuisset iudex de qua re cognouit pnunciare debeat electōem vtrā q; cassauit. ¶ Nota φ possessoriū ⁊ petitoriū simul pōt tractari ⁊ idem intelligitur hic quātū ad hoc quod notatur supra. c. pximo

Idem.

Pastoralis Aliquis fuit spoliatus ab aduersario suo: spoliatus traxit spoliatorem suū in causam requisitus a iudice quo iudicio velit experiri: ipse stati obtulit libellū de proprietate de illata violētia nullaȝ faciens mētionē postq̄ fuit in cā processū vult redire ad possessoriū ⁊ agere de violentia sibi illata nouū iudiciū super possessorio intētando dubitatur quid iuris sit. respondet φ ille qui cepit rem vendicare: bene pōt agere possessorio iudicio quod proponitur p recuperāda possessiōe seu etiā adispiscēda anteq̄ sit renūciatū aut cōclusum etiā iudicio pprietatis primitus instituto ⁊ hoc pbatur p legē qui dicitur φ ille qui fundū cepit ab illo vendicare cū quo interdictū vnde vi poterit experiri pēdēte iudicio pprietatis potest nihilominus agere interdicto vnde vi ⁊ aliis possessoriis iudiciis. ff. interdicto vti possidetis ⁊ vtrobi i suo robore duraturis que de sui natura precedāt vēditionē dñii nec simul tractari possint cū proprietate: si vero renūciatum sit aut cōclusum in iudicio proprietatis vt iā possit per diffinitiuā sniaȝ terminari ne lites ex litibus oriuntur ⁊ tua possit frandibꝫ aperiri: cā non decisa possessorio nō erit vtēduȝ nisi iudex qui d cā cognoscit ex iusta cā hoc viderit expedire: puta si apertis indiciis a cile arguitur iniquitas inuasoris vt sic p malitiā vel casu spoliato subtraxit facultatē probandi dominiū: his ⁊ aliis causis inspectis q̄ cōtinent equitatē an iuste mouerint animū iudicantis poterit agi iudicio possessorio post q̄ etiā fuerit cōclusū in iudicio proprietatis. Nota φ de iudicio pprietatis anteq̄ sit conclusum pōt quis redire ad iudiciū possessorium: ⁊ etiā postq̄ cōclusū fuerit ex iusta cā vt dicitur hic in fine.

Idem.

Cum dilectus Aliquis possessorio ⁊ petitorio simul egit cōtra aduersariū suū. Judex qualiter deberet ferre sniam dubitauit. respōdit papa φ cum simul est actū possessorio ⁊ petitorio vtrōq; debet vna snia terminari sed in pronūciatione premittenda possessio ⁊ in executiōe debꝫ pprietas preualere sm φ factū fuit supra. e. c. ecclesia. ⁊ c. cum super.

Idem.

Cum olim Inter archidiaconum vicentinuȝ ex vna parte ⁊ canonicos ⁊ archipresbyterum eiusdē ecclesie ex altera: orta fuit questio super iure eligēdi archidiaconū: dicebāt eni canōici φ ad eos ptinebat electio archidiaconi quare volebāt eū remoueri cū nō sit electus ab eis: archidiaconus dicebat φ electus canōice fuerat ab epō vicētino qui erat in quieta possessione eligendi archidiaconū ⁊ duos antecessores ipsius elegerāt epi vincentini sine otradictione canonicoruȝ. super hoc procuratores vtriusq; partis ad se. apos. accesserunt ⁊ litem otestati fuerunt super qōe premissa: ⁊ q; ibi de premissis ostare non poterat de cōi osensu pcuratoꝝ vtriusq; partis cā fuit iudicibꝫ delegatis cōmissa. Judices receptis litteris citauerunt partes. canonici petebāt inducias deliberatorias vt possint iudices recusare. Judices non obstantibus allegationibꝫ canonicoꝝ receperunt testes archid. ⁊ cām ipsam cū attestatiōibus ad sedem apostolicaȝ remiserunt. dominus papa examinato negocio quia ostitit ei per attestationes φ archidiaconatus ecclesie vincentiñ. ab epis vicentinis collatus fuit duobus archid. otinue q ante ipsum extiterunt sine otradictione aliq canonicorum: ⁊ quia canonici predicti non poterant iudices recusare cum de assensu pcuratorum vtriusq; partis dati fuissent: archidiaconatum predictuȝ dicto archid. per diffinitiuā sententiam adiudicauerunt canonicis vincentinis perpetuū silentium imponētes salua questione proprietatis super collatione archidiacōatus ipsius si otra episcopū

vincentinum contendere voluerint cum res i ter alios acta aliis obesse non debent. Nota quod ille qui est electus et institutus ab eo qui est in pacifica possessione eligendi obtinet ex sola possessione licet postea appeat ius ad alios pertinere. Item iudex datus de assensu procuratoris domini recusari ab ipso non potest. Item res inter alios acta non nocet aliis. Item sententia lata propter possessionem non preiudicat proprietati.

Honorius. iii.

In causa Patriarcha gradeneñ. petebat subiectionem in monasterio sancti Georgii et l. solidos venetorum ad indicium subiectiõis intẽtans super duobus articulis predictis possessorium et petitorium cũ diceret se spoliatũ predictis lit. contest. pars vtraqz suas pbationes induxit et quia patriarcha probauit se possedisse ac percepisse predicta. dominus papa ipsum restituit vnde quia vtraqz pars deduxerat in iudicium quicquid iure habuerat in predictis. papa visis priuilegiis predecessorũ suorum ex parte monasterii pductorum pnunciauit monasterium liberum et ad romanam ecclesiam nullo medio pertinere absoluendo monasteriũ in predictis aliis que iurisdictionem et subiectionẽ respiciũt ab impetitiõe patriarche. nõ obstãte possessiõe ab ipso patriarcha probata: quia nõ probauit se tanto tẽpore percepisse predicta quod p hoc renunciatuz fuerit priuilegiis libertatis sicut de predictis. l. solidis quos patriarcha petebat ad indicium subiectionis sit actum ab ipso per sententiam quã super hoc contrariũ reportauit. papa sibi non adimit potestatez si alio iure de premissis. l. solidis voluerit experiri. ¶ Nota quod non obstat res iudicata si ex alia cã eadem res petatur super qua fuerat aduersarius absolutus.

De restitutione spoliatorũ. Rubrica.

Gregorius.

Licet multũ Quidã cecus conquestus fuit domino pape quod homines ecclesie campuz ipsius ceci occupauerunt irrationabiliter. Quidã diaconus ipsius ecclesie euentus nomine ex aduerso respondit quod campus erat ipsius ecclesie et hoc obtulit se probaturum: et cecus respondit quod si hoc probare posset quod esset contentus: vnde papa super hoc scribit cõstãtino episcopo dicẽs quãuis anteq̃ questio pprietatis tractari debeat possessio violenter ablata deberet ipsi ceco restitui tamẽ quia diaconus predictus ɔsentiẽte ipso ceco obtulit se pbaturũ dictũ campum ad suam ecclesiã pertinere inquirat de hoc vritatem et si hoc pbatũ fuerit ipsi ceco silentiũ imponat alioquin res ei ablata reddatur. Nota quod cã possessionis prius tractanda est et restitutio facienda q̃ questio proprietatis. Sed cecus iste in hoc iuri suo renũciauit.

Sollicite Quidaz clericus. h. nomie dicebat se spoliatũ ecclesia sua vñ petebat sibi restitui ecclesiam. respõdebatur quod non fuerat spoliatus sed sponte ipsam renũciauerat et abiurauerat dum eam possidebat vnde nõ erat audiendus et hoc pbare volebat. Respõdebatur quod et si verũ esset quod renũciauerit spoliatus tamen renũciauit et inuitus et hoc pbare volebat cõsultus papa quid super hoc essz agẽdum. Mandat papa vigor. episcopo vt diligenter inquirat quo tempore. h. renũciauit ecclesie: et si cõstiterit illũ fuisse spoliatũ cum eidẽ ecclesie renunciauit contra ipsum testes alterius partis de spontanea renunciatione et iuramẽto prestito non admittat anteq̃ fuerit restitutus quia non est verisimile quod sponte iuri suo renũciauerit qui spoliatus renũciat: sed testes ipsius. h. recipiantur quibus pbare intendit quod violenter predicta ecclesia fuerit spoliatus. ¶ Nota quod ei qui petit restitui nõ potest fieri questio proprietatis quod ius nõ habeat: et sic questio proprietatis nõ preiudicat questioni possessionis: quia questio spoliatõis priuilegiata est vt ei nihil possit opponi quod tangat questionem proprietatis nisi primo fuerit restitutus. Idem.

Accepta Quidaz de ricus.p. nomine conquestus fuit domino pape q ecclesia sua violenter fuerat spoliatus. Mandauit papa quibusdā iudicibus vt si de hoc constaret ecclesiam facerent sibi restitui partibus coram iudicibus constitutis. responsuz fuit ab aduersario q ipse non fuerat spoliatus sed coram eboracen. archiepiscopo dum ecclesiam possidebat spontanea voluntate abiurauit eandem: et hoc offerebat se probaturum: iudices consuluerūt super boc dominū papam et ipse mandat eisdem q si constiterit eis q predictus.p. nullo metu vel vi coactus sed sponte duz ecclesiam possidebat abiurauit eandem ei super hoc silentiuz imponant cū per hoc appareat q non fuerat spoliatus. ¶ Nota q petenti restitutionem potest opponi q non fuit spoliatus et audiri volens hoc probare. Idem.

Audita Quidā clericus t. nomine accessit ad dominū papam et conquestus est ei quatenus henricus rector ecclesie de sād ipsum.t. de ecclesia polereñ. idebite molestabat cum esset rector alterius et iurasset q ipi t. super eadem ecclesia non moueret questionem: papa mandauit episcopo londoñ. et archid. elieñ. vt si constaret eisdem dictuz.h. alterius ecclesie personatuz habere vel q iuramento spontanea volūtate prestito super eadem ecclesia dicto.t. questionez de cetero nō moueret ipsum.h. ab ipsius molestia prohiberent tandem cōstitit eisdem q nō solum habebat personatum alterius ecclesie sed volūtate spontanea abiurauerat ecclesiaz de polenteñ. vnde iudices preceperunt eidez.h. ne dictum.t. super ipsa ecclesia de cetero molestaret. Sed dictus.h. nunciū suū ad curiam destinauit litteras ipetrans formā aliā continentes scilicet q non obstantibus litteris a parte altera impetratis reuocaretur in irrituz si quid esset imutatū in causa postq̄ nuncius ipsius.h. arripuit iter ad sedem apostolicā veniendi. audito q dictus.h. tales litteras impetrasset: dictus.t. ad curiā accessit exponēs domino pape oīa predicta sup hoc rescribit papa vigoreñ. episcopo et eidē archidiacono elieñsi dicens q nō intellexit nec intelligi debuit vt reuocaretur quod per eos factū esset auctoritate litterarum ipsius: sed si aliquid indebite imutatum esset vnde mandat quatenus sententiam quā tulerūt ante receptionē posteriorū litterarū occasione ipsarū nullatenus debeant reuocare et si contra sniam ipaz aliquid statuerunt illud debeant reuocare: si vero post reuocationem sequentium litteraz sentētia lata fuerit ea non obstante iuxta earum tenorem in causa procedāt. ¶ Nota q aliquis duas ecclesias quo ad rectoriā simul habere non pōt. Item q per renūciationem sponte factam amittit quis ius suum. Item ad intentionē pape semper recurrendum est. Item quod legitime factū est papa non intēdit reuocare. Itez sententia recte lata per rescriptum pape non reuocatur. Item sentētia lata post reuocationē litterarum non tenet. Idem.

In litteris Aliquis dicit se de possessione ecclesie sue violēter eiectuz vnde petit restitui aduersarius dicit eum non fuisse canonice institutum queritur quid iuris sit. Respondetur q primo cognoscendum est de violēta eiectione q̄ de canonica institutione quia predo etiā de iure rigor debet restitui. ¶ Nota q questio spoliationis precedere debet questionez proprietatis Item petenti restitutionē non potest referri questio proprietatis nisi primo restitutione facta. Idem.

Item cum quis Aliquis dicit se de possessione sua violēter eiectum vel dicit aduesarium suum clam possessionē illā intrasse vnde petit restitui: aduersarius suus opponit ei crimē vt sic pretextu criminis repellat cum a sua intētione: queritur quid iuris sit. Respōdetur q obiectio talis nō deberet admitti: nec executio principalis cause propter hoc debet differri quia nullum crimē pōt ei opponere antequā

fuerit restitutus cum presumatur eius inimi
cus existere. ¶ Nota ꝙ petenti restitutionē
aduersarius crimen opponere non potest an
te restitutionem qꝛ presumitur inimicus.
Idem.

Conquerente

Quidam clericus. r. nomine cō
questus fuit domino pape qua
liter archiepiscopus cantuarieñ. sine iuris or
dine ipsū spoliauit ecclesia sua. papa scribit
archiepiscopo qualiter non decet honestatē
suam clericos suos spoliare beneficiis sine ra
tionabili causa quibus potius debet pater
na prouisione consulere. vnde mandat qua
tenus si est ita predicto clerico ecclesiam resti
tuat cum fructibus inde perceptis ⁊ in pace
ipsam dimittat. eidem facta vero restitutiōe
si aliquid super ecclesia predicta contra ipsū
proponere voluerit coram exonen. episcopo
ad hoc delegato cum eodē. r. poterit ordine
iudiciario experiri. ¶ Nota ꝙ nullus debꝫ
destitui vel spoliari etiā a suo prelato iuris
ordine non seruato. Itē restitui debet res cū
fructibus perceptis. Itē spoliatus non tenet
respondere de ꝓprietate donec fuerit resti
tutus. Idem.

Ex transmissa

Quidam miles petebat resti
tutionem vxoris sue que ab ip
so sua temeritate diuerterat: respondetur ei
ꝙ non debet ei restitui cum nondū eius pos
sessionē habuerit ⁊ etiam quia timet sibi per
sone periculum iminere. Mandat papa qui
busdam quatenꝰ si constiterit ꝙ predicto mi
liti prefata mulier legitime desponsata ⁊ ab
eo cognita ipsam faciant ei restitui recepta
cautione sufficienti ab ipso ꝙ ei non debeat
aliquid malum inferre. si vero ita crudelis ⁊
ita seuerus fuerit ꝙ merito de viro diffidat
cōmittatur alicui honeste mulieri custodien
da in loco vbi vir vel parentes ipsius nullā
possint mulieri violentiam inferre. Nota
quoddā speciale in ista restitutione videlicet
ꝙ debet probari proprietas scilicꝫ matrimo
niū ꝯtractum esse legitime ⁊ ꝙ eam cognoue
rit ⁊ ꝙ spoliatus fuerit. Item cum timetur
seuicia viri debet caueri vxori de impunita
te persone. Item quando capitali odio vir
odit vxorem non est ei restituenda etiā si vel
let cauere. Idem.

Cum uenissent

Archiepiscopus eboraceñ. eccle
siam do. N. concessit canonicis
sancte trinitatis ⁊ per scripturā ꝓpriam con
firmauit. Ita videlicet ꝙ post decessum. S.
clerici qui ecclesiam tunc tenebat in ius cade
ret canonicorum: ⁊ interim clericus ille aucto
ritate archiepiscopi canonicis predictis an
nuam solueret pensionem quam archiepisco
po consueuit soluere quam concessionem do
minus papa inspecto instrumento concessio
nis archiepiscopi confirmauit mortuo cleri
co predicto canonici predicti confisi de ꝯces
sione ⁊ confirmatiōe predicte sine auctorita
te archiepiscopi possessionem ipsius ecclesie
sunt ingressi: archiepiscopus qꝛ auctoritate
propria ⁊ eo non requisito possessionē ipsiꝰ
fuerunt ingressi fecit spoliari dictā ecclesiam
omnibus que clericus defunctus ibi dimise
rat ipsis canonicis. vnde canonici domino
pape de archiepiscopo sunt ꝯquesti. Respō
det papa super hoc ꝙ si canonici predicti a
prefata ecclesia viuente clerico predicto au
ctoritate archiepi ꝑceperūt ānuā pēsionē: eo
mortuo quāuis non habuerint auctoritatem
archiepiscopi viciose tamen nō sunt ingressi
possessiōem cum sit cautum in iure vt is pos
sideat cuius nomine possideat: ⁊ ideo archi
episcopus tenetur ad restitutiōem eorū qua
inde fecit asportari. ¶ Nota ꝙ ꝑ alium pos
sidet: possidere intelligitur ⁊ ita viuente cleri
co intelligebatur possidere ꝑ ipsum.

Ex conquestione

Quidam miles. E. nomiē
B. mulierē in vxorē accepit ⁊
eam maritali affectione ꝑtractans filiā susce
pit ex ea: tādē sine iudicio ecclesie a se remo
uit eandem ⁊ litteras ad iudices impetrauit

vt matrimonium accusaret de consanguini
tate sed anteq̄ mulier a iudicibus citaretur
coram diocesano episcopo virū sibi restitui
postulauit ⁊ ob hoc ad sedem apostolicā nū
cium destinauit: demū corā prefatis iudici
bꝰ cōstituta aliqñ per se aliqñ per procurato
rem ante cause ingressū ⁊ post viru3 suū sibi
restitui postulabat. Judices restitutione de
negata in principali procedere voluerunt vn
de ipsa ad sedem apostolicā appellauit: mu
lier conquesta fuit domino pape: vnde papa
mandat iudicibus quatenus si est ita mulie
ri virū restitui faciāt: ⁊ quicquid post appel
lationem factū est debeat in irritum reuoca
re. Audientes postmodū causam super con
sanguinitate debito fine terminantes eandē.
¶ Nota ꝙ restitutio semper facienda est an
teq̄ tractetur questio principalis. Jte3 quic
quid factum est post appellationem legitimā
debet reuocari.

Celestinus tertius.

Grauis Archiepiscopus
iste de quo hic fit
mentio spoliauit monachos istos
dolesis monasterij ⁊ damna alia ⁊ iniurias
irrogauit eisdē. vnde monachi grauiter sunt
conquesti domino pape Mandat papa qui
busdam quatenus si constiterit eis de ꝑmis
sis compellant predictum archiepiscopu3 re
stituere omnia que abstulit predictis mona
chis ⁊ damna plenarie resarcire: ⁊ de iniuri
is satisfacere competenter prouideant insup
fructus perceptos ab archiepiscopo a tem
pore violentie ⁊ quos percipe monachi po
tuissent si non fuissent spoliati eisdem restitui
faciant vniuersos. ¶ Nota ꝙ spoliati plena
rie sunt restituendi ad omnia que amiserunt
⁊ cū fructibus pceptis ⁊ que pcipi potuerūt.

Honorius tertius.

Olim causam Qui
dam
humiliati olim impetrauerunt ab
episcopo terdoñ. vt hospitale ⁊ oratoriū con
struerent in loco caluentie: ⁊ eis quasdā pos
sessiones concessit sub ea condictione quod
nomine episcopi terdonensis. oratorium ib
dem ⁊ hospitale construerent ⁊ tres solidos
nomine census eidē episcopo soluerēt annua
tim: ⁊ ille qui eidē loco preficeretur inuestitu
ram ab eodē episcopo perciperet ⁊ pro se ⁊
fratribus suis eidem ⁊ successoribꝰ suis obe
dientia3 faceret manualem epo retinente ni
hilominus dominiū loci ⁊ sic fuit multis tem
poribus obseruatum. postmodum magister
militum templi ad eandē domū aspirans ip
sos fratres adeo circūuenit ꝙ ꝑter cōscientiā
epi: se ⁊ sua in manibus eius tradiderunt ea
tamē conditione apposita si episcopo ⁊ capi
tulo terdoneñ. complacerent: sine quorum as
sensu se nihil posse facere asserebant ⁊ magi
ster conditionem acceptauit apposita3. Ma
gister statim accessit ad locum ⁊ omnia que
ibi inuenit asportauit. Episcopus hoc intelli
gens ad domum illam accessit ⁊ quos inue
nit ibi ad custodiam domus a magistro di
missos eiecit ab ea vim vi: fm ꝙ iura per
mittunt quo facto ad petitionem dicti magi
stri causa fuit quibusda3 abbatibus commis
sa cora3 quibus petebat dictus magister di
ctam domum sibi restitui qua ipsum episco
pus spoliauerat lite contes. ⁊ testibus recep
tis hinc inde iudices causam ad sedem apo
stolicam remiserunt. dominus papa diligen
ter examinato negocio intelligens dicta3 do
mum eidem magistro traditam fuisse sub cō
ditione: ⁊ ꝙ nullum preiudicium iuri episco
pi ⁊ canonicorum sit irrogatum ex eo ꝙ ma
gister ignorantibus episcopo ⁊ canōicis pos
sessionē accepit: sciens domum illa3 ad illos
pertinere precipue: quia quācito illud sciue
runt repulerunt vim vi: ⁊ quia idem magi
ster preter conscientiam episcopi ⁊ capituli
possessionem accepit: quos suspicari debue
rat sibi questionem moturos procuratorem
episcopi ⁊ capituli ipsoru3 nomine ab impe
titione ipsius magistri nomine domus militie
templi quo ad faciendam restitutionem quā
petebat absoluit: tamen si episcopus ⁊ capi
tulum incurrerent offensam ipsius magistri
defendendo ius suum modu3 excedendo sa
tisfactionem debitam eidem exhibere procu
rent. ¶ Nota ꝙ qui possidet sub conditione

non dicitur possider: ⁊ ideo competit ei resti tutio si deijciatur de illa possessione. Item vim vi incontinenti vel quācito intelligit viz illatam repellere licet. Item non fit preiudi cium domino si eo ignorante alius possessio nem accepit: quo minus illum expellere pos sit cum hoc sciuerit. Item vim vi repellere li cet: cum moderamine inculpate tutele: ⁊ qui modum excedit tenetur. ¶ Dic tu ꝙ talis nō punietur de occiso sed vt culpabilis arbi trio iudicis ſm bal. in. c. i. de pace tenē. alle gat io. an. in. c. significauit. de peni. ⁊ remis. in nouel. ⁊ in addi. spe. in ti. de homi. in fine vbi refert opertū de bobio talē questionem disputasse p. l. i. C. vnde vi. ⁊ p hoc. c. q̄ iu ra hoc nō pbant ſm ludo. ro. singulari quar to qui allegat glo. in. l. si adulteriū. cū icestu. §. impatores. ff. de adul. Bal. in. l. vt vim. ff de iusti. et iure. Sali. et ibi glo. in. l. quoniā C. de iu. publi. tex. in. l. i. §. fi. de sicca.

Idem.

de medio preſcriptōis deduci. Nota ꝙ tp̄e
ſciſmatis nō currit p̄ſcriptio. Idem.

AUditis ⁊ intellectis. In
ter ep̄ꝫ vigor. ⁊ ab
batē de eueſcã v̄tebat cōtrouerſia
ſuꝑ qbuſdã eccleſijs i valle de eueſcã ↄſtitu
tis q̄s dicebat ep̄s ad ſe ſpectare quo ad le
gē dioceſis: cã ſuꝑ his cōmiſſa fuit iudicib⁹
corã qbus petijt ep̄s ecclias ſibi debere ſub
eē quo ad legē dioceſanã ⁊ oīa iura ep̄alia
ſibi debere adiudicari i illis eccleſijs. abbas
vero dicebat ecclias illas ab eius iuriſdicti
one ꝑrſus exēptas ꝑ priuilegia Itē dicebat
ſe illas ecclias ltīme p̄ſcripſiſſe: ſuꝑ his vtra
qꝫ ꝑs ſuas ꝓbatiōes īduxit: abbas īduxit tã
priuilegia q̄ꝫ teſtes ad ꝓbandã ſuã intētionē
⁊ ep̄s ad ꝓbandaꝫ interruptionē: tandeꝫ cã
ſic inſtructa remiſſa fuit ad ſedē aplicã poſt
allegatiōes multiplices intellexit ep̄s ꝙ licet
abbas ꝑ priuilegia nō ꝓbaſſet ſuam intenti
onem: tamen ꝓbauerat preſcriptionem peti
it ep̄s ſe admitti ꝑ beneficiū reſtitutiōis ad
probandū ꝙ vigor. eccleſia tanto tp̄e vaca
uerat ꝙ tp̄e vacatiōis ſubducto preſcriptio
nō ſit completa: abbas videns ꝙ iſta ꝓba
tio preiudicabat ſibi in totū petijt ſe admit
ti ꝑ idem beneficiū ad ꝓbandū ꝙ vallis d̄
eueſcam eſt ille locus qui ꝑ duos reges fuit
libertati donatus quem celeſtino libertati
donauit: papa videns ꝙ vtraqꝫ eccleſia ne
ceſſariam ꝓbatiōem non admiſit vtraque
reſtituit contra alterã in predictis articulis
¶ Sed quia ꝓbatio abbatis preiudicialis
erat: mandat papa iudicibus quatenus in
ſpiciant priuilegia the. ⁊ of. regum que ab
bas ſuper libertate premiſſa aſſerit ſe habe

re: et si per illa constiterit quod vallis de euesca sit ille locus quem celestinus libertati dona uit absoluant abbatem ab impetitione episcopi super ecclesiis predictis episcopo super illis silentium imponentes. Si vero abbas in hac probatione defecerit audiant probationes episcopi super tempore quo infra. xl annos sedes episcopalis vacauit: et si per tantum tempus vacasse cõstiterit quod illo subducto prescriptio non sit completa: adiudicent episcopo ius episcopale in illis ecclesiis. abbati silentiũ imponendo. Si autem episcopus hanc exceptionem non probauerit quia tamen interruptionem probauit: in quibusdam articulis adiudicent eidem ius episcopale in illis dũmodo infra quadraginta annos interruptio facta fuit in ceteris in quibus abbas prescriptionem probauit episcopo silentium imponentes. ¶ Nota quod ius episcopale generale necessarium est et habet multas species sub se vt hic patet: et licet quis prescribat in vno non tamen in alio articulo. Item de vna defensione põt quis transire ad contrariam quia prescriptio et priuilegium contraria sunt: et tamẽ abbas hic admissus fuit ad vtrumque. sed subalternatione id fieri debet. Item tempus vacantis ecclesie debet deduci de prescriptione. Item priuilegium regale declarat priuilegium pape: et sic priuilegium obscurũ non probat.

Idem.

Cum ex officii Archiepiscopus senoñ. dũ visitaret prouinciã suã trãsitũ faciens per diocesim pariseñ. descẽdit ad ecclesias abbatis sancti maglioni et prioris de castris a quibus petiit procuratiõem: sed epi eam sibi denegauerũt. allegantes in suã defensionẽ quod nunquam huiusmodi procurationẽ prestiterunt predecessoribus ipsius archiepiscopi: nec petita fuit ab eis quod ipsi meminerint propter quod archieps tulit in eos sniam suspensionis: significans hoc domino pape. Sed ipse hanc allegationẽ frivolam reputauit cũ contra procuratorẽ que ratione visitatiõis debet prescribi non possit: sicut nec contra ipsam visitatiões põt aliquo modo prescribi quãuis alius possit cõtra ipsã prescribere: vnde mãdat parisieñ. episcopo quatenus sniam quã tulit prefatus eps in huiusmodi cõtemptores de antiqua metropoli cõsuetudine vsque ad debitã satisfactiõem faciat obseruari: quia vt dicit apostolus quod spiritualia seminat nõ est magnũ si carnalia metat: cũ nemo suis stipẽdiis militare cogatur. Si aliquid aliud voluerint allegare cõtra intẽtionem archiepi ac probare. papa faciet eis iusticiã exhiberi. ¶ Nota quod cõtra visitatiõem et procuratiõnẽ nõ currit prescriptio. Itẽ archieps iure metropolitico põt prouinciam suã visitare. Itẽ nemo suis expẽsis cogitur seruire.

Idem.

Si diligenti Archiepus pisanus fecit sibi prestari iuramẽtũ fidelitatis noie suo et ecclesie pisane a marchione masse iudice calaritano pro ipso iudicatu cũ tamẽ iudicatus ille ptineat ad romanam ecclesiã: papa hoc itelligẽs mãdauit archiepiscopo pisano vt illũ absolueret ab illo iuramento nisi aliud postea exhiberet ecclesie romane eo nõ obstãte archieps receptis lrĩs domini pape misit nũcios suos ad eũ vt super hoc se excusaret scribẽs eidẽ quod postquam fuit in archiepm assumptus iuramẽtum illud recepit ab illo iudice pro ecclia romana: et hoc idem fecit antecessor ipsius. papa audita responsione archiepi et aliis que nunccii proponere voluerũt rescripsit eidẽ archiepo in hũc modũ dicẽs quod iudicatus calaritanus ad ius et proprietatẽ romane ecclie ptinet sicut tota sardinia nullo mediãte vnde nõ licuit ei per se vel ecclesia sua predictũ exigere iuramẽtũ et intellectis que nũcius ipsius pposuit corã papa nõ intellexit ipm vel ecclesiã suam aliquo iure iuuari cũ auctoritate apostolice se. super hoc nõ ostẽdat per quã iuramẽtũ illud aliquãdo sit exactũ nec prescriptione aliqua muniatur imo scdm cõfessionẽ archiepiscopi nõ ecclia pisana vel ipse archieps fuit in quasi possessione exigẽdi hmõi iuramẽtũ quod ab ipsis iudicibus per se. apo. cõfitetur fuisse receptũ per quod

ↄstat q ecclesia romana sp fuit in quasi pos
sessiōe qꝛ misterio illi⁹ ⁊ antecessoꝝ suoꝝ p
romana ecclia exactū fuit ⁊ pstitū hmōi iu
ramētū ille eni possidet c⁹ noie possidet. Si
vero dicat archieps q noie suo ⁊ nō noie ro
mane ecclie iuramētū fuit exactū: possit ei in
ferri q ipse violauit iuramētū pstitū p ↄser
uādo iure ⁊ honore romane ecclie: vn̄ licite
retinere nō posset cū in pscriptiōe rerū ecclesi
asticarū bona fides ⁊ iustus titulus exigant
⁊ si pscriptio locū possit hēre nō tamē possit
cētenariā pscriptionē pbare q sola currit cō
tra romanā ecclesiā. ¶ Nota q ↄfessio piudi
cat extra ius facta. itē ille possidet cui⁹ noie
possidet. itē bona fides ⁊ iustus titulus req
runt qn̄qꝫ in pscrptiōe reꝝ ecclisticaꝝ. idē

Cum olim Epus lu
canus i pre
sentia do. pape litigabat cū abba
te ⁊ monachis sci saluatoris de ficheto sup
plebe salamāsone ⁊ capellis ptinētib⁹ ad di
ctā plebē: petēs in eis institutionē ⁊ alia ad
ius epale ptinētia ad pbādā intētionē suam
primo allegabat ius cōe cui⁹ auctoritate di
cebat oia spūalia in pdictis locis i eius dio
cesi ↄstitutis ad ipm tanq̄ ad diocesanum
epm ptinere. Insup allegabat quoddā arbi
triū ab epo archipsbitero ⁊ primicerio luca
nis sup hoc pmulgatū. Ex pte abbatis exhi
bitū fuit quoddā priuilegiū greg. septimi q
vr pcessisse dictū arbitriū p qd monasteriuꝫ
plebes ⁊ capelle videbātur libertati donate
⁊ alia priuilegia roma. pōtificis: p⁹ dictū ar
bitriū obtēta q libertatē sibi ↄcedere videbā
tur: induxit insup testes ad pbādū pscriptōeꝫ
do. pa. examiato negocio qꝛ ↄstitit ei q ab
bas sufficiēter ostēdit monasteriū sup istituti
onibus ⁊ qbusdā aliis articulis tā in plebe
q̄ i capellis ltia pscriptōe muītū: absoluit ab
batē ab ipetitiōe epi sup iā dictis articulis:
⁊ sup aliis oib⁹ q ad ius epale ptiere noscūt
fꝫ tenorē arbitrii eūdē abbatē quo ad plebē
⁊ capellas ↄdēnauit. Nota q i⁹ epale i mul
tis articul' ↄsistit ⁊ lꝫ pscribat i vno nō tamē
in alio. itē p ptē nō retinet totū. itē p arbitri
um recedit a priuilegio. itē ↄtra arbitrium
prescribitur. Idem.

Veniens Inter abbatē
sci martini d pā
nonia ex vna pte ⁊ epm vesprimenſ. ex alte
ra ↄtrouersia vtebat sup qbusdā iurib⁹ spiri
tualib⁹ clericoꝝ ⁊ eccliarū ipsius mōasterii:
abbas i pñtia pape petiit vt eps predict⁹ nō
ipediat vel faciat ipediri quo min⁹ oēs q ↄsi
stūt i simagieſ parrochia vel decias sibi sol
uāt de oib⁹ q ibi habēt: petiit isup vt clerici
eccliarū monasterii libere pcipe possint cris
ma oleū sanctū. ↄsecratōes altariū ⁊ eccliaꝝ
⁊ ordies a quo maluerit epo: ad hec pbāda
induxit priuiliuꝫ pascal' ⁊ sci stephāi regis
⁊ priuil. alex. ⁊ clemētis. allauit insup pscrip
tionē i pdictis sacris pcipiēdis. Ex aduerso
petiit eps vt decias simigien. comitat⁹ ↄsti
tutas i dioc. sua qs detiet idē abbas sibi re
stitui faceret nisi aliquo spāli iur se defēder
possit: ⁊ q clerici capellaꝝ mōasterii pdicta
sacra recipēt ab eo. Pa. auditis ⁊ itellectis
meritis cāe decernit q clici eccliaꝝ ipsi⁹ mo
nasterii q ē i ipsi⁹ dioce. ↄstitutū recipent pre
dicta sacra ab epo vesprimē. si catolic⁹ fuerit
⁊ ea gratis voluerit exiber. alioqn a quo ma
luerit epo catolico recipiēdi pdcāꝫ libaꝫ hē
ant facultatē sicut i priuiliis pascha. ⁊ alex.
ↄtinet: nō obstāte priuilio clemētis p qd pri
uilegiū. p. suoꝝ nō extitit derogatū cū de ip
sis nullā fecerit mētiōeꝫ cū ibi ↄtieat saluis
ↄstōib⁹ ecclie romāe ⁊ legatoꝝ ipi⁹. pterea p
scriptio quā abbas oppōebat i ei⁹ subsidiuꝫ
obstare nō pōt qꝛ si pscriptio ↄsūata erat qn̄
ab alex. priuilegiū ipetrauit iuri pscriptōis
renūciasse vr: cū abbas priuilegio alexādri
sit vsus corā pa. i hac cā qd tn̄ ↄtradicebat
itētiōi abbatis q̄tū ad hūc articulū. Si vo
nōdū erat i pscribēdo qn̄ priuiliuꝫ obtinuit
p⁹ ipetratū priuiliuꝫ bonā fidē nō hūit ⁊ iō
nō prescribit. Nota q eoipso q clici ⁊ ecclie
sūt i dioce. epi oia sacra tenēt recipe ab eo
dē nisi ↄtrariū oñdat. itē gratis sacra sūt cō
ferēda. itē ab eo epo q nō ē catolic⁹ predcā
sacra nō sūt recipiēda. itē scdꝫ priuiliuꝫ non
derogat prio nisi de ipso faciat mētōeꝫ sicut
i rescriptis. itē prescriptio ⁊ priuilegiū sūt cō

traria.itē ex diuersꝭ cāis titulꝰ siue dn̄ium hr̄i nō pōt vt hic p3:q2 ꝙ meū ē ex alia cā meū fieri nō pōt q h3 priuilegiū prescriptio. quo ad hoc nihil addit. itē q nō h3 bonā fi dem non prescribit. Idem.

Q Uoniā3 omne quod. Quicūq3 facit ɔtra ɔsci entiam edificat ad gehennā3 ⁊ iō statuit ɔci lium ꝙ nulla valeat prescriptio absq3 bona fide tā canonica ꝙ̄ ciuilis:quia omi ɔsuetu dini ⁊ ɔstōi derogandū ē: q2 sine miori pec cato seruari nō potest.⁊ iō opoꝛtet ut q rem alterius pscribit in nulla parte prescriptōis habeat malā fidem. ¶ Nota ꝙ qui facit ɔ tra ɔsciam peccat moꝛtaliter.item nota per hāc ɔstōem derogatur omni ɔstōi iuris ciui lis canonici: que sine peccato fuari nō pōt.

De snīa ⁊ re iudicata. Rubꝛica.

S Entētia cir ca. Dr̄ in.c.isto ꝙ snīa la ta ɔtra leges ⁊ canones nul la ē ipo iure l3 non sit suspē sa p appellatōem tria capitula sequentia p se patent. Alex.iij.

D Ecetero Ecce papa pn̄tibus parti bus tulit snīam diffinitiuā. Man dat papa alicui quatenus snīa3 illā debeat executōi mādare:executoꝛ lr̄is executōis re ceptis citat ptes:reus ɔtra quē d3 executio fieri dicit ꝙ executōi snīa nō ē mādāda:q2 p fraudē ⁊ dolū lata ē.debeat executoꝛ qd fa cere dēat.vtꝝ dēat ɔgnoscere d fraude alle gata.Rn̄d3 papa ꝙ executoꝛ de fraude il la ⁊ dolo ɔgnoscere nō d3: s3 hoc referat ad se.ap. ¶ Nota ꝙ merꝰ executoꝛ vltra execu tōem vel nullā h3 ɔgnitōem:⁊ iō rferre d3 su piori qōem fraudis ꝙ̄ opponit ɔtra snīam.

Q Um aliqbꝰ. Lr̄a p se p3 Idem.

L Ator pn̄tium. Quidā p. nomine quadā duxit i vxoꝛē:carnali copula subsecuta tā dē scādalū ē iter eos exoꝛtū.Cōsanguinei mu lieris mouerūt qōe3 ɔtra vir ꝙ illa eiꝰ n̄ po terat eē vxoꝛ ⁊ sic studio vtriusq3 iteruēiēte. fuerūt sepati miꝰ iuste:vir p̄dcūs ad ɔscia3 rediēs accessit ad do.pa.exponēs sibi p̄dcā. vn̄ mādat iudicibꝰ q̄tenꝰ si ɔstiterit eos non fuisse lr̄e sepatos ⁊ eccliā3 deceptā fuisse ip sos faciāt insimul pmanere. ¶ Nota ꝙ hic audit turpitudinē suā allegans.sed hoc ē pp piculū aie. Itē snīa ɔtra matrimoniū lata n̄ trāsit i rē iudicatā. Idem.

C Um cām. Archipsbr̄ cꝰdā3 plebis vēdidit q̄dā domū sine ɔsensu capl̄i.g.⁊ a laicis:q oc casiōe hꝰ vēditiōis coꝛā legato ap̄lice sedis petiuerūt domū illā sibi adiudicari qdā ca nōicꝰ illiꝰ plebis cū.t.nōie ɔpuit p caplo ad defēsiōe3 domꝰ:dū cā illa tractaret ille.t.ap pellauit ad se.ap.legatꝰ statuit terminū ap pellāti ad iter arripiēdum ad ap.se. s3 q2 il le itra terminū sibi pfixū iter n̄ arripuit p̄di ctꝰ legatꝰ tulit snīa3 ɔtra.d.t.adiudicās do mū illā laicis p̄dcis s̄m ɔsuetudinē veronēs ciuitatis a q̄ snīa fuit appellatū:⁊ appellatō nis cā ɔmissa fuit epo brixiēsi: q legati erro rē secutꝰ ɔtra foꝛmā canonū legati snīa3 con firmauit:⁊ iteꝝ fuit appellatū papa diligen ter examiato negocio:l3 vsus vl' ɔsuetudo n̄ mime sit auctoꝛitatis:nūꝙ̄ tn̄ legi aut verita ti p̄iudicat:⁊ iō p̄dictā snīam cassauit plebē p̄dictā absoluēs ab ipetitōe dictoꝝ laicoꝝ: ⁊ domū illā eidē eccie adiudicās. ¶ Nota ꝙ si qs ifra terminū sibi statutū appellatōe3 nō pseq̄.iudex pꝰ terminū i cā pceders t3. Itē snīa lata ɔtra canonū foꝛma n̄ v3. Ite3 ɔsuetudo ɔtra canones nō val3: Idem.

I Nter ceteras. Aliq cā ɔmissa ē appellatiōe remota.iudex tulit snīa3 iiquā ɔtra ius scriptū:vl' exprimers erroꝛē i snīa.tal' snīa nō t3 cū iiqtatē ɔtineat māifestā. Nota snīa3 ɔtra ius scriptū nullā. Clemēs iij.

T Enoꝛ littera rum. Inter r.⁊ m.mulierem questio matrimonii vertebatur que ɔmissa fuit episcopo theatino:iudex ab

sente muliere dictum .r. ab impetitōe ipsius absoluit: mulier hoc audita causa īpetrauit ɔmitti iudici presenti: ut de cā illa cognosceret ⁊ sine canonico terminarꝫ: iudex vocauit dictū .r. ille infirmitate ꝑtenta non venit sed nocte sequenti cum alia ɔtraxit. ꝑpter qḋ iudex ipm excōmunicauit ille postmodum cōparuit ⁊ fuit absolutus ostendens sententiā episcopi predicti qualiter a muliere predctā fuerat absolutus: nihilominus mulier testes offerebat per quos ꝓbare volebat: ꝙ dictꝰ r. eam dispensauerat: iudex dubitauit qd facere deberet. Cōsultus pape respondet ꝙ nō obstante illa illicita absolutōe quā fecit eps in causa ꝓcedat precipiens .r. sub pena excōmunicationis ne ad eam quam superduxit accedat: donec causa ista fuerit terminata. ¶ Nota ꝙ snia lata ɔtra absentem non contumacem non tenet: ⁊ citra appellationē rescinditur. Itez sententia que nulla est obstat agenti. Idez.

Consanguinei Quedam mulier contraxit matrimonium cum quodam viro tandem consanguinei ipsius mulieris: accusauerunt matrimonium dicentes ꝙ ipa non poterat esse eius vxor cū esset cōmater ipsiꝰ quo ꝓbato snia diuortij lata fuit post sniaꝫ latam mulier confessa est episcopo loci ꝙ in veritate ante sententiam eius cōmater non fuerat: sed post separationem compr̄nitatez cum eo contraxit ⁊ postmodum cum alio cōtraxit. Quesitum fuit a papa quid iurisꝰ esset ⁊ ipe respondit ꝙ per solaꝫ mulieris confessionem non est a sententia recedendum ꝑ iudiciū ecclesie ꝓmulgata: nisi ltie incōtrarium ꝓbaretur. ¶ Nota ꝙ per confessionem alterius vtrius coniugum a iudicio ecclesie non recedatur. Item quandocunqꝫ constiterit ecclesiam deceptā fuisse: vel sententia contra matrimonium lata reuocabitur. Innocen. tertius.

Cum olim Vacante archidiaconatu magaloñ. eps nominauit. P. de castro nouo ad ipsum archidiaconatum. prepositus eiusdem ecclesie inhibuit ne aliqs institueret ibidē nisi prius duplici voce sibi cōcessa ⁊ ne ɔtrafieret appellauit sed eps dictum p. per annulum de archidiaconatu inuestiuit ⁊ prepositus aliū nominauit. ꝑpter hoc ꝓcuratores vtriusqꝫ partis ad sedem apostolicam accesserunt. celestinus intellecto negocio cassauit quicquid factum fuit ab vtraqꝫ ꝓnuncians ꝙ scriberꝫ aliquibus: ut tam episcopum q̄ ꝑpositum: ⁊ alios moneret ad ordinandum archidiaconatum exordit. quod si non facerent ipsi executores archidiaconatum ordinarent pᵃ hoc idem. C. contra pronuntiationem suam archidiaconatum ipm contulit. S. q nondū ꝓmotus erat ad diaconatus officium circōuentus ut dicebatur ꝓcuratore episcopi ignorante in curia existenti tandem negocium istud delatum fuit ad innocētium. ipe vero volēs ꝑdecessoꝝ suoꝝ vestigijs inherere dicentiū sniam romane sedis cum aliquid surreptū ē posse in melius ɔmutari quod de ꝑdicto .g. factum fuit in irritum reuocauit. eiꝫ absens existeret: silentiū imponendo cū de surreptione liquido constitisset non obstante donatione quam a dicto episcopo in collationem se .ap. idem .g. dicitur recepisse. Mandans capitulo magaloneñ. quatenus predictum archidiaconatum in concordia eorum qui presentes in ecclesia fuerit ordinare ꝓcurēt. ¶ Nota ꝙ ea q̄ ꝑ surreptionē fiūt debēt in irritum reuocari. Itē snia romane sedis ꝑpter surreptionē reuocař. Itē ɔtra absentē proceditur in hiis que per surreptionem cōmisit. Idem.

Cum inter Inter abbatē ⁊ conuentuꝫ sancti zenoneñ. veronensis ex parte vna: ⁊ archipresbyterum ⁊ clericos sancti proculi ex altera super subiectione ipsius ecclesie questio vertebatur partibꝰ in presentia domini pape constitutis proponebatur ex parte monasterij: quod ecclesia predicto monasterio debet esse subiecta pleno iurē i instōe videlꝫ de

restitutõe ĩuestitura archipresbyteri ⁊ ei⁹ fi
delitate ⁊ aliis p q̃ plena subiectio declarat̃
ad hoc ꝓbãdũ ꝑs mõasterij ĩducebat ĩstr̃m
publicũ ↄcessiõis. b. quõdã veroñ. epi quam
ↄcessionẽ t. successor ipi⁹ ↄfirmauit induxit
ẽt priuilegia romanoꝝ põtificũ ⁊ p̃triarcha
rũ aqlegeñ. quoꝝ vn⁹ de subiectõe plenaria
ĩ priuilegio suo euidẽter expssit allegauit ĩsu
per ꝙ oli ĩter abbatẽ scĩ zenõis ⁊ archip̃sbr̃z
scĩ ꝓculi ⁊ fr̃es ipi⁹ orta fuit qõ de obia ma
nuali ⁊ fidelitate: sed illi ad hec duo se tene
ri negabãt ⁊ sup hijs testes inducti fuerũt tã
dẽ p̃fatus t. veroñ. ep̃s s̃nialr̃ diffiniuit ꝙ ar
chip̃sbr̃ vel dimitterz ecciam: aut facerz eiđ
abbati obiaz ⁊ fidelitatẽ s̃m ꝙ qdã cardial'
oli iudicauerat: cui⁹ s̃niam ep̃s fuit secut⁹: ⁊
a s̃nia epi appellatũ nõ fuit: ⁊ sic in rẽ transi
uit iudicatã. Ex ꝑte aduersa ꝓponebat̃ ꝙ p̃
dcã donatio nõ valebat ⁊ ita ꝑ ↄñs nec pri
uilegia ↄfirmatõis ipi⁹ ↄcessiõis. dñs papa
hijs ⁊ alijs auditis ⁊ ĩtellectis dicit ꝙ q̃uis
nõ sit multũ resistendum instrumento dona
tõis nec ↄfirmatõib⁹ vel priuilegiis: q̃ ab ip
sa donatõe cãz ⁊ originẽ habuerũt: tñ ↄsideã
uit ꝙ q̃tũ ad ipos litigãtes ius ex s̃nia factũ
fuit: ex quo trãsiuit in rẽ iudicatã: ẽt ↄtra ius
litigatoris lata fuisset cũ lata nõ fuissz cõtra
ius ↄstõis expsse veritate gestoꝝ s̃moĩb⁹ pre
ualẽte s̃nia p̃dci epi lata ꝓ abbate p̃fert̃ ali
is q̃ ĩducebat abbas ꝓ se q̃ paꝝ faciebãt cũ
donatio illa nõ valuerit: q̃ s̃nia p̃sumit̃ rcẽ la
ta diffiniuit papa: ꝙ archip̃sbr̃ scĩ ꝓculi q ꝓ
tꝑe fuerit p̃stet obiaz ⁊ fidelitatez abbati scĩ
zenõis. ¶ Nota s̃nia a qua nõ ẽ appellatuz
trãsit in rẽ iudicatã ⁊ facit ius iter ꝑtes. i. dcla
rat. Itẽ si pricipale non tꝫ nec alia oia q̃ ab
ipso cãm ⁊ originẽ acceperũt. Itẽ lꝫ s̃nia la
ta sit ↄtra ius litigatoris a quo nõ ẽ appella
tũ tꝫ si lata sit ↄtra i⁹ ↄstõis expresse nulla ẽ
nec ẽ neccẽ appellar̃ ab ipsa. Itẽ sꝑ presuit̃ ꝓ
s̃nia q̃ diu icõtrariũ oñdat̃. Idem.

Causam que iter. Inter
canonicos nouari
enŝ. ex ꝑte vna ⁊ a clericuz ex alte
ra qõ vertebat̃ sup prebẽda nouariẽ. eccie q̃
de ↄsensu ꝑtiũ ↄmissa fuit epo landeñ. q cõ
gnito de meritis cãe tulit s̃niam ꝓ canonicis
nouarien. a qua d. clĩcus se. ap. appellauit:
ꝑtes ꝑ cã illa corã do. pa. ↄpuerũt: ĩ cui⁹ pre
sentia ꝓpositũ fuit ex ꝑte ipi⁹ clerici: qđ d.
ep̃s ↄtra formã mãdati s̃niaz ꝓmulgauit: si
cut ꝑ attestatões nitebat̃ ꝓbare: papa audi
tis roĩb⁹ ꝑtiũ ↄsiderãs ꝙ nõ sꝑ ad vnã spẽm
ꝓbatõis animi sui motũ ĩformat ⁊ ipsa s̃nia
nihil ↄtinebat ĩiquũ: ⁊ de ↄsensu ꝑtiũ cã fue
rat ↄmissa. s̃niam a predicto latã ↄfirmauit.
¶ Nota ꝙ iudex nõ dꝫ animũ suũ alligare
ad vnã spẽz ꝓbatõis tantũ: sꝫ ad oia q̃ corã
acta sunt dꝫ diligenter ↄsiderare: ⁊ ex his oĩ
bus animũ suũ ẽ formare ⁊ s̃m hoc ferre sen
tentiam. Idem

Quod ad ↄsul. Cũ qdaz
cleric⁹ ĩfamat⁹ essꝫ su
per qbusdã crimib⁹ indicta fuit ei
purgatio vsqꝫ ad. xx. dies. ⁊ ab ipso r̃cepta
adueniẽte. xx. die appellauit nulla cã appel
latiõis exposita Querit̃ vtrum appellatõi
illi⁹ sit deferendũ ⁊ r̃nr ꝙ nõ cũ ĩfra. x. dies
nõ appellauerit: qꝛ ꝑ hoc acqeuerat s̃nie iu
ris interpretatõe: maxĩe cũ cãm nõ reddide
rit appellãdi. Itẽ idẽ cleric⁹ ↄdẽnatus fuit ĩ
cã pecuniaria ⁊ qđ ad eũdẽ terminũ soluerꝫ
q terminũ ad hoc sponte suscepit: ipse tamẽ
soluere nolebat ĩfra quadrimestre tẽpus qđ
dat̃ ↄdẽnatis: ꝑꝑ qđ appellauit actor. pete
bat s̃niam executõi mãdari. Querit̃ vtꝝ ta
li appellatõi sit deferendũ. Respõdet̃ ꝙ ꝓp
ter talẽ appellatõem nõ ẽ deferẽda executio
qꝛ illđ tꝑs põt artari ⁊ elõgari iusta de cã ⁊
spõte recipiẽdo talẽ terminũ quadrimestris
tꝑis renũciasse vr̃. vnde sibi ẽ ĩputandũ: ⁊ iđ
nõ audit̃ appellãs nisi forte modus executi
onis canonicus excedatur. ¶ Nota ꝙ ↄdẽ
uatus appellauerit infra decẽ dies s̃nia trã
sit in rẽ iudicatã. Itẽ qui non appellat iuris
interp̃tatõe s̃nie paruisse videtur. Item qua
drimestre tempus: quod datur condemna
tis a iur̃ ĩ cã pecũiaria põt abreuiari ⁊ elon
gari a iudice ex cã. itẽ si qs terminũ illũ reci
piat spõte ẽt sine cã ãpliori tꝑi r̃nũciare vr̃.

vnde postea non potest appellare ppter hoc Itē tacite rñūciat qs iuri suo. Itē ab execu tōe nō ē appellādū nisi modū excedat. Idē

Sicut nobis. Inter.h.sub diaconū ⁊.h.psbr̄z ver tebat̄ qō sup.v.modiis frumenta: quos.d.psbr̄ ānuati idē subdia.nō dicebat soluere tenebat̄.omissa fuit cā sup hoc qbus dā iudicib⁹ corā qb⁹.h. subdia. petebat a d.h.psbro.v.modios frumēti sibi p ānos si gulos psoluēdos.sacerdos se nō teneri rñdit cū alia vice sup hoc ouētus fuerit ⁊ sni aliter absolut⁹.ad qō pbādū duos testes idurit. p quos ostitit q mgr̄.a. auctoritate epi lan dun̄.ipm absoluit ab ipetitōe subdiaconi sup pradci:lʒ qz testioniū ipoꝝ qsi vn platū fue rat:cū nihil dixerit de cāis q̄ iudicē mouer̄ solēt ad sniaʒ pferēdā osuluerūt papā qō sup p hoc sit fuadū.Cū i plerisqʒ locis i qb⁹ co pia prudētū hr̄ obfuet̄ de osuetudine q oia q̄ mouēt iudicē ad sniaʒ pferēdā nō exprimā tur i snia.Rñdit pa.cū ita sit q ex dcis ipo rū ostet sniaʒ a iudice suo platā psui dʒ oia solēniter pcessisse pp iudiciariā ptatē.Nota q lʒ testis nō rddat cāʒ dci sui nihilominus vʒ dictū ei⁹ vbi nō fuit iterrogat⁹ de cā.iteʒ nō oia q̄ mouēt iudicē:necē ē exprimer̄ i snia Itē snia lata pbat̄ p testes Itē psumēdū ē p iudiciaria ptate qō oia ltie fecerit in cāis.

Cum sup. Cū iter idem epm aurieñ.ex vna pte ⁊ mōasteriū celle noue ex altera sup per statu ipi⁹ diuerse snie p epo late fuissent ta ex pte mōasterii q̄ ex pte ouētrineñ.epi fu it ad se.ap.appellatū.vñ eps ouētreñ p nun ciū suū oqrebat̄ p snias illas eccāʒ ouētrē. enormiter eē lesaʒ ad quā dicebat.d.mōaste riū ptinere quare dcā snia p epo nō deberʒ executōi mādari sup hoc negocio multa fue rūt allegata i pñtia pape. verūtñ ex pte mo nasterii nihil rationabile oñsum fuit: quare dicta snia p epo lata debuerit irritari: ⁊ iō q̄tū ad monasteriū ipam ofirmauit. mādat papa iudicibus:quatenus si ostiterit appel latōem p ecclia ouēt.irronabilr̄ interpositā ⁊ ad eā psequēdā nūciū suū isra tps ltimuʒ

destinasse:executio snie deferatur. ne circa possessionē ouēt.eccā detrimentū icurrat.ali ogn sicut iustū fuerit executōi mādet̄ sñ piu dicio eccie ouēt.cū hoc sibi nō piudicʒ: quo minus suā possit cōseq rōeʒ cū res iter alios acta nō noceat aliis iuxta ostōes canonicas ⁊ ciuiles. Nota q qlibʒ cui⁹ iterest pt ap pellare a snia iter alios lata ne mādet̄ execu tōi. Itē isra ānū dʒ qs pseq appellatōeʒ.itē ⁊ si nō appellet̄ a snia iter alios lata tñ rma net ei cui⁹ iterest ius saluū cū res inter alios acta non noceat aliis. Idem.

Cum bertold⁹. Bertold⁹ miles hēbat villā suaʒ i qua erat ecclia de qua ipse erat patronus villā suā obligauit.p.militi dicto p.creditore sublato de medio.a.nepos eius ⁊ heres vacāte ipa eccia.d.clicū eiusdē loci pñtauit ad dictā ecciaʒ dicēs: q cū ius pro nat⁹ cū vniuersitate transisset in eū:archidi. de osensu epi ipm istituit i eādē ⁊ i corpaleʒ possessiōeʒ induci fecit eūdē: dict⁹ bertold⁹ dñs fūdi hoc audiens t.psbr̄m epo pñtauit sʒ episcop⁹ ipsuʒ nō admisit:pp qō dict⁹ t. presbr̄ corā remēsi archiepiscopo aplice se dis legatū otra presatū d.deposuit qōeʒ:ar chiepiscopus cām sup hoc iudicibus delega uit sub hac forma ut cām instructā ad ipsuʒ remitterēt prefigēdo ptib⁹ pēptoriū in quo ei⁹ ospectui se presentarēt sniaʒ recepture ad quē terminū dict⁹ t.cū suis attestatōib⁹ ac cessit t.presbr̄ nec venit nec tūc misit aliquē respōsalē legat⁹ ispectis attestatōib⁹ dci cleri ci ipsuʒ ab emptōe t.presbri absoluit p⁹mo dū vero idē presbr̄ isra breue tēpus ad lega tū accedēs istatiaʒ absentie allegauit quo au dito archiepiscop⁹ mandauit qbusdaʒ iudi cib⁹ ut si iusta cāʒ absentie ostēderʒ corā eis predictam sententiam decernerent nullius eē valoris ⁊ causam terminarent eandem: alio gn sniam ipsam faceret obseruari dci iudi ces omiserūt aliis vices suas q testes sup pre dicto articulo receperūt:a quibus dictus d. clericus ad se.ap.appellauit. papa auditis pbatōib⁹ illi⁹ pbri sup absentie sue cā lʒ eaʒ minus sufficienter pbassʒ: ne tñ piudicaret

opi. veritati cõmisit papa cãz illã cuidã car
dinali ipe vero intellcis meritis cause oia re
tulit dño pape: q archiepm ĩuenit ci rouẽtuz
fuisse ex tenore snie: tũ quia otinebat in illa
qd per attestatões ipsi⁹ clerici fuit sufficien
ter pbatũ q p̃fatus a in possessiõe iur p̃rona
tus extiterat cũ ipm ad eandẽ ecclesiã pñta
uit. tũ qr p attestatões illas nihil aliud ostẽ
sum fuit: nisi q p̃dci. p. 7. a. ãnuati pceperũt
x. solidos q p̃ronis illi⁹ eccẽ dari osueuerũt.
tũ qr dicebat in snia illa q dictus. t. i pbõe
defecerat cũ p attestatões illi⁹ appareat ma
nifeste ipm suã intentõem sufficienter pbasse
tũ ẽt qr cãm nõ recepit sufficiẽter instructam
cũ vni⁹ tantũ ptes attestatões recepit q̃ par
faciebãt ad cãm. vnde papa sniam predcãz
cassauit: 7 prefato adiudicauit ecclesiam
memoratam: cũ a vero p̃rono ipsuz presenta
tũ fuisse restiterit. ¶ Nota q nõ valz snia cõ
tra absentẽ. Itẽ lz minus sufficiẽter pbetur
absente cã nihilominus dz de cã iterum cogno
sci. Itẽ nõ dr cã remissa sufficiẽter instructa
nisi allegatões vtriusqz ptis remittatur. Itẽ
euidenter hic pz q ex presentattõe p̃roni ac
gritur ius presentato si patronus in sua pre
sentatõe psistat. Idem.

In causis Scdz q pa. iudicat 7 alij
debẽt iudicare. 7 iõ papa iuris or
dinẽ 7 eqtatis rigorẽ in cãis diligẽter obser
uari dz cũ i silib⁹ alij debeãt silr iudicare ni
si cũ ipse aliqd dispẽsatie duxerit ordinãdũ
¶ Nota q snia pape ius facit quo ad omẽs
Itẽ fm q ipse iudicat 7 alij iudicare debẽt.
Idem.

Inter monasteriũ. Uacãte mo
nasterio sci lanfredi monaci elege
rũt quẽdã de gremio ipsi⁹ mõasterij i abba
tẽ: 7 cũ ipsi peterẽt ofirmatõez elcõis sue mo
naci sci leodori se opposuerũt dicẽtes elcõez
illã ĩfirmãdã ex eo q de mõasterio sci leodo
ri fieri debat: qr diocesan⁹ eps eã ofirmare
distulit. vñ sup hoc ad petitõem mõachorum
sci lãfredi cã ɔmissa fuit qbusdã iudicibus
corã qbus lis fuit ɔtestata 7 pcessuz i cã 7 te
stes recepti demũ monaci sci leodori ad ali
os iudices. lr̃as ipetrarũt otinẽtes q primi
iudices erãt eis certa rõe suspecti. vnde ppo
suerũt quasdã friuolas exceptões otra eos:
quas cũ iudices admittere nollẽt. illi appel
lauerũt iudices vidẽtes q prime lr̃e nõ ĩuo
cabant p scdas pcesserũt i cã nõ obstãte illo
rũ appellatõe ofirmãtes elcõez monachorum
sci lan fredi pp qd delata fuit cã ad papaz
corã quo obiciebat otra sniaz q lata erat a
suspectis iudicib⁹ 7 qd cã fuerat aliis iudi
cibus delegata 7 p⁹ appellatõem allegabãt
otra sniam prius latã p eis sup qõe ipa dñs
papa auditis hic inde ppositis: qr ostitit ei
q secũde lr̃e nõ reuocabãt primas. tũ qr cãe
suspitõis friuole fuerũt: q̃ ante ingressuz litis
debuerũt pponi: 7 iõ eis renũciasse vidẽtur
7 qr de pcessu iudicũ: 7 de priuilegiis apo
stolice sedis nullã fecerit mẽtõem: q̃ si fuisset
expssa lr̃as nullaten⁹ habuissent: sniaz priorum
iudicũ ofirmauit: nõ obstãte snia q̃ allegaba
tur a pte aduersa: q̃ nõ fuit ostẽsa dño pape
nec primis iudicib⁹: que ẽt si eis fuissz ostẽ
sa nihilomin⁹ otrariũ statuissent ea p⁹ põita
qr nõ valebat. si ãt tenebat 7 eã nõ opposue
rũt eis iputet cũ lites p̃textu nouorum istrorum ñ
debeãt istaurari 7 electio mun⁹ benedictõis
exhibuit saluo iure diocesani. ¶ Nota dila
torias exceptões ãte litis igressuz debet ppo
ni. Itẽ scde lr̃e ad hoc ut reuocẽt primas de
bẽt facere mẽtõem de pcessu iudicii 7 d priui
legiis aplice se. itẽ p̃textu nouorum istrorum li
tes istaurari nõ debẽt.

Saborta inter. Inter
epz medenẽ. 7
mõasteriũ attrabatenẽ. sup subiec
tiõe ipi⁹ mõasterii otrouersia vrebat pp hoc
ptib⁹ i p̃sentia do. pa. ostitutis petiit pcura
tor epi restitui ad quasi possessiõez obie i eo
dẽ mõasterio qua ipm mõaci spoliarãt: qr p
ofessiõez pcuratoris mõasterii ostitit epz qi
possessiõem obie i eodẽ mõasterii hũisse pa.
ipz r̃stituit ad eãdẽ: verũtñ qr ex pte mõaste
rii qdã priuilegiũ i noie pape exibitũ fuit
i iudicio q plēaz libertatẽ mõasterii exp̃me
bat. mãdat papa qbusdã ut epm restituant

in quasi possessionem obediētie quo restitu
to nisi epſ ɔtra priuilegiū aliqđ rōnale oñde
rit sup subiectione monasterij silentiū impo
nant eidē. iudices p̄dicti restituerūt epm: ⁊
postmodū ceperūt cognoscere sup statu ipsi
us monasterij ɔtra priuilegiū Inno. exhibu
it eps quandā sñiam alexandri pape super
subiectione ipsius monasterij. iudices recep
tis ꝓbationibus vtriusqꝫ partis cām instru
ctam remiserūt ad dominū papā. Papa au
ditis ⁊ intellectis rōibus ptiū: quia intellexit
rōes epi officiatores. subiectionē in eodē mo
nasterio adiudicauit eidem ut inde hēat tan
quā diocesanus eps potestatē: ita tñ ꝙ per
hāc sñiam nullū preiudiciū sedi apostolice
generetur: quo minus cum voluerit suam iu
sticiam ꝓsequatur. In fine rñdet quasi taci
te qōni diceꝫ aliqs nōne priuilegium timor̄
debuit tueri monasteriū ɔtra sñiam alexan
dri. Rñdꝫ papa si priuilegiū Inno. fuisset
alexādro in iudicio p̄ntatū: ⁊ ipe tulit suiam
inɔtrariū illud intelligit̄ reprobasse. si vero
nō fuit exhibitū p̄textu priuilegii de nouo r̄
pti sñia alexandri nō dꝫ reuocari. ¶ Nota
ꝙ ɔfessio ꝓcuratoris dño p̄iudicat restō ad
subiectōem añ ingressum principalis cāe fa
ciēda ē. Itē ɔtra priuilegiū admittit̄ ꝓbatō
siue defensio. Itē ꝓtestatio p̄mittenda ē ne
fiat alicui p̄iudiciū circa ius suū ut hic fecit
papa. Itē priuilegio libertatis nullus renun
ciare potest in preiudiciū pape. item p̄textu
priuilegii de nouo reperti nō debꝫ sñia r̄uo
cari: ⁊ sic negligentia nocet: sed per hoc non
fit preiudicium pape quo minus si voluerit
ius libertatis sit saluū monasterio. Idez

Cum. i. ⁊. a. Canonici sci
dionisij ꝓ se ⁊ qbusdā
alijs canonicis suis denunciauerūt
domino pape abbatē suū sup dilapidatiōe
ꝑiurio symonia ⁊ quibusdā alijs crimibus
sup qbus erat multiplr̄ ifamat⁹. vnde papa
ɔmisit qbusdā de iudicib⁹ quaten⁹ ad illaꝫ
ecclesiā ꝑsonalr̄ accedant: ⁊ tā in caritate q̄
in mēbris corrigāt corrigēda ⁊ statuāt q̄ fm
deū viderūt statuēda. iudices vero receptis
iuramētis abbatis ⁊ canonicoꝝ abbatē ipꝫ
ab administratione ipius ecclesie ꝑ sñiam re
mouerunt delata correctiōe mēbroꝝ a qua
sñia ꝓcurator abbatis appellauit. vñ p⁹ mo
dū in p̄ntia pape ꝓposuit dictā sñiam r̄pro
bari debere. primo ꝙ iudices lite non ɔtest.
i negocio ꝓcesserūt. tū qꝛ iuramēta ɔspiratoꝝ
ɔtra ipm receperunt depositōib⁹ testiū corā
ptibus nō publicatis: nec oñsis eisdē ad sen
tētiaꝫ ꝓcedere ꝑsupserunt. papa vero hijs ⁊
aliis intellectis: quia de articulo conspiratio
nis sibi non potuit fieri plena fides mandat
iudicibus quatenus si ɔstiterit ꝙ illi ɔspira
tores fuerunt quoꝝ iuramēta iudices r̄cepe
runt: ꝙ abbas ꝓbare voluit coram eis: ⁊ iu
dices dcā illoꝝ solūmō secuti sunt cū ꝑ alios
ea ꝓbata nō essent sñiam ꝓtulerūt ꝓcessum
illoꝝ debeant irritare in principali negō iu
xta formā ɔprehensam in prioribus lr̄is p⁹
modū ꝓcedētes. si vero abbas nō poterit ꝓ
bare illos ɔspiratores fuisse: vel si etiā hoc
ꝓbauerit appareat tamē ꝙ nihil deposuerit
sup his ꝓ qbus fuit abbas āmotus: vel etiā
si aliqua apposuerūt ɔtra abbatem: ea tamē
ꝑ alios fuerat sufficienter ꝓbata ꝓcessum il
loꝝ iudic. debeant ɔfirmari: qꝛ q̄uis aduer
sus abbatē nō debuerit ɔspiratores admitti
iuramēta tamē ipoꝝ de veritate dicēda su
per statu ipius ecclesie recipi potuerūt: ut ꝑ
dcā illoꝝ sup aliis fides possit hri: q̄ ipꝫ ab
batē nō tangebāt p̄cipue cū tūc ꝓbatū nō es
set ipos ɔspiratores fuisse. ¶ Itē nota ꝙ ali
qs pōt ꝑ aliū denūciare. itē ɔspiratores nō
admittunt̄ ad testimoniū. itē exceptio ꝓposi
ta añ sñiam a grauamine in cā appellatōis
dꝫ vera eē. itē nō sufficit ꝓbare testes ɔspira
tores fuisse nisi iudex secutus fuerit dcā illo
rū. itē ɔspiratores pn̄t admitti ɔtra alios q̄
ɔtra illū ɔtra quē ɔspirasse dicunt̄. idem

Cum te A. de castro var
tini ⁊. b. habuerūt
inter se verba iiuriosa: ita ꝙ dixit
ipi b. ꝙ equus suus nō erat miōris valoris:
q̄ capilli ipius. b. quare ipe. b. ɔuenit. h. ac
tū iniuriaꝝ. iudices qdā hoc ɔgnoscebāt cō
dānarūt dictū. h. in. x. solidis. vñ ipe timens
ne ꝑ dcāꝫ sñiaꝫ notaret̄ ifamia petiit a dño

papa beneficiū restitutionis ad famā. papa vero ꝯsiderās ꝙ nulla vl' modica sibi fuerit facta iniuria. vult ipsum. h. p dictā sniam i famia nō notari. ¶ Nota ꝙ ꝯdempnatus de iniuria notatur infamia nisi iiuria sit mi nima: vt hic patet. Idem.

A Dprobanduz

Uacāte mōasterio hersieñ. quedā moniales eiusdē monasterii elegerunt custo dem ipsius monasterij: alie vero elegerūt qn dam aliā monialē in abbatissam ipsius mo nasterij. super istis electionibus cā fuit com missa quibusdā iudicibus qui examinatis electionibus predictis: confirmauerūt electi onem custodis: post ꝯfirmationē dicebatur ꝙ vnus de iudicibus delegatis erat tēpe la te snie publice excōicatus: vnde iterū causa super hoc delata est ad dominū papam vn de ipse mandat quibusdā iudicibus ꝙ ipsi cognoscant de electione custodis vt eā sicut de iure fuerit cōfirmare vel infirmare pcu rēt: ita vt p eo ꝙ vnus ex iudicibus delega tis qui eandē sniam protulerunt eſſꝫ tēpore snie publice excōicatus sicut p metropolita ni lrās dicebatur aut etiā alia iusta causa constiterit eandē sniam infirmandā: cassata ipsa sententia. i. cassa ⁊ irrita nūciata de ea dem electione iterato cognoscant. ¶ Nota ꝙ snia publice excōicati nulla est. Iteꝫ litte ris ordinarij statur. Item vtile viciatur p i utile. Itē licet tempore late snie iudex sit ex cōicatus ⁊ ideo snia nulla: ea tamē que fecit ante excōicationē valebūt. Grego. ix.

Q Uāuis regulariter. Re gulariter tradit ꝙ res inter alios iudicata nō nocꝫ aliis. fallit tamē in casibus hic cōtētis si ali cui primo competit actio vel defensio de re aliqua: substituit sequētē agere ei ē preiudi ciū generatū: ⁊ in alio casu ei est preiudiciū generatū qui passus est eum experiri a quo cām habuit exēpla istoꝝ casuum ⁊ aliorum pluriū in quibus fallit regula predicta notā tur in glo. huius. c. ¶ Nota regulā illā gene ralē res inter alios acta aliis nō nocet. Idē

D Uobus Ecce duo sūt iudices in aliq̄ cā diuersas pferūt snias: q̄ritur q̄ illarū teneat distiguit si sūt ordinarii tꝫ snia p reo ⁊ nō p actor nisi i cā fauorabili. s. ma trimonij dote libertate seu testamēto p ipso actore snia lata fuerit: si vero sint delegati vtraqꝫ pendet snia ex arbitrio delegatis: si vero sūt arbitri neutra snia valet. Nota ꝙ fauorabiliora sūt iura ad absoluēdum q̄ ad cōdemnādū nisi i quatuor casib⁹ hic con tentis.

De appellatioib⁹ recusationibus ⁊ rela tionibus. Rubrica. Alex. iii.

D Jlecti Prior et clerici de gise burna habēt ordinationē q̄ rūdē ecclesiarū: archiepus eboraceñ. aposto. se. legat⁹ volebat ecclesias illas vacātes ordinare pri or ⁊ canonici predicti hoc intelligētes: appel lauerūt ab ipso ad ap. se. eūdē priorē p⁹ ap pellationē suspēdit ⁊ ecclesias suas iterdixit ⁊ canonicos excōicatos denūciauit si priori obedirēt ⁊ ecclias nihilominus ordiauit: p pter qd̄ prior ⁊ clerici pdicti dño papa gra uiter sūt cōquesti: vnde mādat qbusdā: qua tenus sup his veritatē inqrant ⁊ si p ltios te stesꝫ famā loci inuenit ecclīarū ꝯcessiones taliter factas in irritū reuocēt eas: nisi prior ⁊ canonici maliciose distulerit eas quātum ad ipsos ptinet ordiare. ¶ Nota qcquid fit post ltiam appellationē dꝫ in irritū reuoca ri. Itē p negligētiā amittit qs ius suū ⁊ illud trāsfertur ad supiorē. Itē legatus q nō ē de latere pape missus nō pōt cōferre ecclias va cātes quarū ordinatio ptiet ad inferiores p̄ latos. Idem.

I Nter cetera Dicit hic ꝙ generalis appellatō non debet admitti. Idem.

A Dnostram Ab bas sancti petri quesiuit a papa an deberet de ferre appellatioibus monachoꝝ suoꝝ a cor rectione interpositis. Respōdet ꝙ appella

tio non est inuenta vt alicui prestaret patrociniū in sua nequitia existendi quare mādat eidē quatenus nō obstāte appellōe subditorū suoꝝ corrigat eos ſm regulā ⁊ restōēꝫ ordinis sui. ¶ Nota ꝙ appellatio nō defēdit aliquē in delicto. Jtē a correctiōe nō admittitur appellatio. Jdem.

Personas Aliqs appellauit ⁊ appellationi sue nimis plixū terminū statuit iudex debet ei assignare terminū infra quē se.ap.conuenienter possit adire: ⁊ si ad terminū illū appellatōem suā nō fuerit psecutus extūc cōpellat appellantē stare iudicio suo super his que in questiōe vertuntur: ⁊ si cōpetētē terminū sibi prefixit ⁊ appellatiōem ad illū nō fuerit psecutus sili mō ɔpellat eū. ¶ Nota ꝙ aliqs pōt prefigere terminū sibi ad appellatiōem psequēdā. Jtē si eā nō psequitur in termīo ei renūciare intelligitur. ⁊ sic est ar. ꝙ tacite renūciat appellatiōi romana. Jdē

Cum sit Aliqs appellauit ante sniam vel post. Querit̄ ꝙ̄tum tempus dandū sit ei ad appellatiōeꝫ psequēdā. Respōdet ꝙ si ante sniam vel post fuerit appellatū hmōi appellātibus indulgetur annus: ⁊ si iusta cā interuenerit indulget̄ trienniū nisi iudex a quo appellat̄ breuiꝰ tēpus duxerit statuēdū ſm locoꝝ distātiā ⁊ psonaꝝ ⁊ negocij q̄litatē: ⁊ si ifra illud tps appellationē nō fuerit psecutꝰ tenebit snia: si pꝰ sniam diffinitiuā fuerit appellatū nec āpliꝰ sup eodē negō audiretur appellās qꝛ canōes passiꝫ appellare pmittūt: ⁊ tales nō solēt proprie dici appellatiōes sꝫ puocatōes ad cāꝫ Si vero ante sniam appellauerit cōpelli dꝫ stare illius iudicio ad quē appellauit alternatiue. s. vt appellōem psequat̄: aut iudicio suo stet. si vero ille q appellat fuerit raptor vel aliene rei violētus detētor: tales admittuntur appellare nisi fuerit notorius raptor vel fornicator existat sicut ille quē aplīus absente ⁊ irreqsitū excōicauit. Nota ꝙ q nō psequitur appellōnem ifra debitū tēpus rata manet snia. Jtē appellāti dat̄ ānus ⁊ ex iusta cā bieniū. Jtē iudex annū illū pōt abbreuiare. Jtē in notorio crimīe nō audit̄ appellans. Jdē.

Ad hec si Aliquis appellauit super aliqua cā pēdēte appellōe cōuenit̄ vel accusat̄ sup alio ꝙ̄ sup eo sup quo appellauit. q̄ritur an teneat̄ stare sub illo a quo appellauit appellatōe pendēte. Rūdet pa. ꝙ si voluerit pōt eū tanꝙ̄ suspectū recusare: alioqn stat̄ dꝫ iudicio eiꝰ. ⁊ pcipue si iudex suus ordiarius suus existat. Noia ꝙ pēdēte appellatione corā ordiario pōt ipe ordiariꝰ recusari. Jdē

Si duobus Duo litigabāt corā iudice suo puta coraꝫ archidiacono: vnus appellauit ad epꝫ alter ad papā: vel corā epo vnꝰ appellauit ad papā: alter ad archiepm: ille q appellauit ad epm vel q appellauit ad archiepm ad dieꝫ appellatōis accessit ad ipꝫ pponēs se ad eiꝰ audiētiā appellasse tacito de appellōne aduersarij ad se.ap. iterposita q appellauerat ad papā citat̄ fuit ab epo vł archiepo: ille cōfidens de appellōne sua ad papā iterposita nec iuit nec misit aliquē respōsalē: ⁊ qꝛ nō venit fuit excōicatꝰ: q̄rit̄ an teneat excōicatō Rūr ꝙ tꝫ snia i eū p ɔtumacia lata nisi iudex ille cognouerit eū ad se.apo.appellasse. §. secūdo ponit̄ aliqua qō. Aliqs appellauit a ciuili iudice ante iudiciū vł pꝰ ad dñꝫ pa. Querit̄ an tał appellatio valeat. rūt papa ꝙ teneat appellatio i ilł q subsūt pape in tpali iurisditiōe. Jn alijs vero quāuis de ɔsuetudie alicuꝰ loci teneat de iuris tn̄ rigore nō tꝫ. Nota primo ꝙ qlibꝫ vocatꝰ ad iudiciū dꝫ ire ⁊ allegare priuilegiū suū. ałs teneat snia p ɔtūacia lata in ipm. Jtē de vno foro nō ē appellādū ad aliud foꝝ nisi ɔsuetudo illud iducat. Jdē.

Ex ratiōe Quidam clici appellauerūt a snia ɔtra eos lata ꝙ̄ ex iusta cā ifra bieniū nō fuerāt psecuti: petebāt a pa. ꝙ adhuc admitterēt ad psequēdā appellōnē cuꝫ ifra bieniū eā nō potuerit psequi: mādat iudi

cibus quaten⁹ si ɔstiterit eos ꝑpter ipotentiā ꝓsecutiōem appellatōis ōmisisse nō vult papa q ꝑpter hoc eis debeat piudiciū generari. Nota q ipotētia excusat ita q etiā p⁹ biēniū admittit quis ad ꝓsequēdā appellationē. Idem.

Meminimus Aliq cā commissa ē alicui:iudex citat reū ille stati mittit nūcium ad papā ꝓ cā illa:ille venit allegās q nūciū suū ꝑpter cām illā misit ad papā:q̄rit an dēat in cā ꝓcedere vel nō. Rūdet pa. q ꝑpterea nō dimittat quo minus ꝓcedat i cā ſm formā iuris.si vero ante citatiōez iter arripuit tūc iudex ꝓceder nō dz:hoc vltimū nō tenet infra eo.vt debitus. Idem.

Super eo quod. Cā cōmissa ē alicui reus aliquā exceptiōem obiicit i cā illa ꝑpter quā exceptiōem appellat:q̄rit vtruʒ iudex ea nō obstāte possit i pricipali ꝓceder rūt q si pricipalis cā sine illa termiari non possit supsedere dʒ iudex in pricipali qōe.i fine ponit alia dubitatio:Ecce lit.ɔte.opponit reus q p falsi suggestiōez lr̄e sint ipetrate q̄ritur an hec exceptio sit admittēda.rūt papa q ꝑpter hoc nō ē deferēda sn̄ia. Idē.

De appellatōib⁹. In qualibet cā maiori vl̄ minori pōt qs appellare si grauet vn̄ nota q idē i⁹ fuari dʒ i miori sicut i maiori

Super eo. Scōm canōes ⁊ añ sn̄iam ⁊ post p̄t appellari ſm leges nō p̄t apellari ante sn̄iam nisi i casib⁹. Itē vbicūqʒ appellatio tollit ⁊ recusatio non admittit.itē si cā cōmittit termināda ifra certū tp̄s illō icipit currere qñ iudices lr̄as recipiūt. Nota q tēpus nō currit nisi ab eo tpe quo potuit ꝓcedere. Idē.

Peruenit. Clerici ɔquerunt se ab aliqbus vulneratos vel lesos ɔquerūtur:clerici de illis malefactorib⁹ suis ipi stati apo.se.appellāt:dicit pa. si eoꝝ excessus nō sit notorius ɔpellēdi sūt vt ifra cōueniēs tp̄s appellatiōem iterpositā ꝓsequāt Si vero excessus illoꝝ notori⁹ fuerit nō ob. appel. illoꝝ denūciādi sūt excōicati vsqʒ ad debitā satisfactionem ⁊ cū lr̄is suis iudicis apostolico ɔspectui se p̄ntent. Nota q in notorio crimie nō admittit appellō. itē dicit i se.c.⁊ q appellāt cogēdi sūt vt ifra ɔueniēs tp̄s appellōem ꝓsequāt aut pareāt iudicio iudicis a quo appellant. Idē.

Suggestū est. Aliq opprimūt ab aduersariis suis ꝑpter qd appellāt:⁊ cū ipi oppsi ⁊ grauati iter arripiunt ad appellonē ꝓsequēdā:aduersarij illi cognoscētes appellationē interpositā nec vadāt nec mittūt ad p̄sentiam pape. Sʒ cū intelligāt illos lr̄as reportasse appellāt ⁊ iter arripiūt ad pa.vt sic aduersarios eludāt:suggestū fuit do.pa. vnde mādat q̄ten⁹ si quis dephēsus fuerit hoc ex fraude vel malicia facere appellatōi sue nullatenus deferat:⁊ iudex in cā ꝓcedat qz decretalis illa qua isti hoc facere p̄sumūt non ad deprimēdā cuiuscūqʒ iusticiā fcā ē:sʒ ad remouēdū iniquū grauamē. Nota occasiōe iuris ad iniquū cōpendiū trahi nō debere.

Ad p̄sentiam. Idez. Inter archiepm eboracē.⁊.R.p̄sb̄rm: cōtrouersia fuit aborta occasione cuiusdā excōicationis in ipm p̄sb̄rm late ab archiepo. Pa.ɔmisit cām ipam epo tusculano ⁊ cardiali scē susāne:corā qbus ꝓponebat ex pte archiepi q ipe post sn̄iaʒ i se latā diuia officia celebrauit:vn̄ puniri debebat ſm q iura reqrūt ex pte p̄sb̄ri rn̄debat q excōicatio nō tenebat: cū eēt lata p⁹ appellatiōez ltime iterpositaʒ vnde nō dēbat pūiri ⁊ oia q̄ fcā fuerit ɔtra ipm reuocari i pristinū statū.Cardiales itellecto negō lʒ p̄sb̄r eēt excōicat⁹ de iure tn̄ de facto ⁊ ad cautelā ipsū fecerūt absolui ⁊ iō mādat pa.archiepo.q̄ten⁹ de cetero dictum pbr̄m nō molestet ꝓ eo q p⁹ excōicationē celebrauit diuia cū excōicatō illa fcā fuerit p⁹ appellationē ltiam:sʒ oia reducat ad eū statū in quo erāt tpe appellatōis emisse. Nota q absoluit qs ad cautelā lʒ nō sit excōicat⁹. itē sn̄ia excōicationis p⁹ appellatōem ꝓltimā

lata nulla ē vn̄ q postea celebrat nō punit̄.
Itē q̄ post talē appellatiōem fiūt reuocāda
sūt in pristinū statū. Idem.

CUm teneamur. Aliqs liti
gabat corā ordinario
suo: archieps cātuariē. appellauit ad papā
sup cā illa de qua litigabat pēdēte appel. il
la: aliqs turbauit possessiōem ipsi⁹ appellan
tis: q̄siuit archieps vtrū liceat ei reformare
possessiōem turbatā eo ꝑtermisso sup quo ē
appellatū. rn̄t pa. si ad ipsū q̄rela exīde pue
nit ordīe iudiciario id sibi licebit: nec ꝑpte
rea intelligit̄ appellōi renūciare. Nota ꝙ lꝫ
appellās dꝫ ad iudicē suū a quo appellauit
ꝑ alia cā p qua nō appellauit nō itelligit̄ ap
pellationi sue renunciare cū eius ordīarius
in aliis cāis sit. Idem.

COnsu- luit. Q. ꝺ dr̄ nō tꝫ:
⁊ intellige hoc ſm il
lā vt debitur īfra eo.

CUm pati. Eps zamoreñ
quasdā petitōes p nun
cium suū fecit corā do. pa. ꝑponi quas cum
patus eēt admitter̄ J. diacon⁹ cardialis oli
in hispāia legat⁹ ꝑposuit ɔtra ipꝫ ꝙ cū ad si
nodū suā vocasset ad ei⁹ vocatiōem ɔtēpsit
accedere ꝑpter qꝺ ipsuꝫ excōicauit: ⁊ sic ex
cōicatus se fecit ī epm ɔsecrari. Qui canoni
cus sci iacobi ꝑ ipso epo firmiter asseruit ꝙ
erat tūc in legatōe regis ⁊ iō ad ipsū venire
nō potuit. Cardialis allegauit ecōtra ꝙ nun
cius suus iuenit eū in samātina eccľa ⁊ nō in
legatiōe regis. Iterum nūcius epi allĕauit
ꝙ ab ipso cardiali appellauerat ante sniam
latā. Papa vero his itellectis ɔsiderās ꝙ ꝑ
textu appellatōis non debuit ɔtēnere ad vo
catiōem legati venire: precipit eidē epo: qua
tenus vel in ꝑsona ꝑpria vel p nūcios idōe
os aplica ɔspectui se pn̄tēt suā si poterit ino
cētiā ostēsurus. Nota ꝙ qlibet vocat⁹ a iu
dice suo venire tenet̄ allegatur⁹ priuilegiū su
um. itē ar. ꝙ nūcio sit credēdū. itē ar. ꝙ auc
toritas excusassꝫ ipm si i legatōe regis iuēt⁹
fuisset. itē ar. ꝙ nemo ꝑhibet̄ plib⁹ defensiōi
bus vti. itē credit̄ iudici i preiudiciū alteri⁹
Idem

AD hec ⁊ īfra. Aliq iurāt
ꝙ stabunt iudicio
ecclesie ⁊ postea appellāt. q̄situ fu
it qꝺ agēdum sit de istis: rn̄t pa. ꝙ iudex dꝫ
cōpellere eos vt obſuēt iuramētū suū vel ꝙ
īfra. xl. dies p⁹ appellatōem suā iter arripi
ant ad eā ꝑsequēdā. Idem

Questi- oni. Aliqs excōicatus
prestitit iuramētū ꝙ sta
bit mādato ecclie ⁊ sic fuit absolutus ⁊ ante
ꝙ mādatū fiat ei appellat cā subterfugij vel
mādato recepto q̄rit̄ vtꝝ deferēdū sit appel
latiōi illi⁹. respōdit ꝙ nō ē deferēdū appella
tiōi illius q̄ iuramēto illius dēat obuiare: sꝫ
stati reducēd⁹ ē i eādē sniaꝫ donec mādatuꝫ
susceperit ⁊ adipleuerit ꝑ posse. Itē nota ꝙ
ɔtra iuramētū nō admittit̄ appellō. itē q nō
adiplet mādatū si pōt dꝫ reduci i eādē sniaꝫ
a qua fuit absolutus. Idem

Pret- erea. Aliq appellāt super
aliqua cā ap. pē. aliq̄ gra
uia cōmittūtur ⁊ dū ɔuenit sup excessib⁹ ill'
volūt se tueri ꝑ appellōem: q̄rit̄ qꝺ iuris sit:
respōdet pa. ꝙ appellō illa nō dꝫ eos defen
dere quo min⁹ excessus eoꝝ puniat̄ cēsura
canonica. Nota ꝙ appellō nō extēdit̄ ad ea
q̄ post appellōem fiūt sꝫ cōmittūt̄. idem.

Consti- tutis. Uacāte eccľia
tencelē. canonicis de
electiōe tractantib⁹: archidi. noia
uit q̄ndā. c. noīe: obiectū fuit a ꝑte altera ꝙ
erat excōicat⁹. ⁊ iō appellatū fuit ne ad ipsi
us elcōem ꝑcederet̄: archidia. nō ob. appel.
⁊ denūciatiōe excōicatōis ipsū. C. noiauit i
epm ⁊ elegit ⁊ appellauit ne ɔtra hoc aliqꝺ
fieret quo facto primiceri⁹ cū canōicis ⁊ ple
banus cū assensu epat⁹ vel maioris ꝑtis ele
git. i. in epm: cā istarū elcōnū delata ē ad pa
pā: vnde ipse examiatis hmōi elcōnib⁹. man
dat p̄riarche gradē. ⁊ cuidaꝫ cardiali qua
ten⁹ si archidi. p⁹ appellōeꝫ ⁊ denūciationē
excōicationis ꝑcessit ad noiationē ⁊ elcōem
ꝑdicti. c. ⁊ primiceri⁹ cū canonicis ⁊ aliis ꝑ
cesserūt ad electiōē prefati. i. electionē confir
mēt ipsi⁹: non ob. appel. ꝑfati archidi. si ipe
appellatiōi prius facte non detulit. Nota ꝙ

electio facta de excōicato nulla ē ⁊ iō nō ipe dit secūdā. Jtē q nō defert appellōi: appellationē nō pōt obiicere cōtra aliū. Idem.

Proposuit. Aliqs corā ordinario suo appellat i aliqcā: cōuenit postea sup aliis cāis sr qb⁹ nō ē appellatū ille pp appel. nō vult sup aliis respōdere: qrit qd sit suadū. rñt pa. ꝙ pp appel. illā nō minus tenet i aliis cāis sup qbus nō ē appellatū rñdere: verūtamē iudex a quo appellat nō dꝫ eū ɔpellere ad rñdendū sr aliis: qꝛ ei suspect⁹ ē nisi p crimie adeo graui ⁊ mātfesto ppter qd ipo actu merito sit dānādus. No. ꝙ ꝗ lꝫ aliqs appellet ab ordiario tñ sup aliis cāis remāet eius iudex ſꝫ nō dꝫ eū ɔpellere ad rñdēdū nisi crimē notorium sit. Idē.

Qua fronte. Archiēps cātuariē. sup qbusdā dubiis suis ɔsuluit dñꝫ papā anteꝗ ad qōes rñdeat: dicit ꝙ nō vidꝫ ꝙ nō qua frōte ipm ɔsulat cū dicat iuris ordinē puertere cū ipse nō in ecclia nō i palatio nō in camera sua ſꝫ i camera regis ɔtra ius ⁊ ɔtra pōtificalē dignitatē elcōnes epoꝝ cōfirmet. postea descendit ad qōes. prima ē talis: aliqs fuit excōicat⁹ vel iterdict⁹ p ɔtūacia vel alia iiusta cā ille offert se ad iusticiā sup his p qbus sniaꝫ recepit: ps aduersa appellat ne absoluat: qrit an iudex ipm absoluere debeat. rñt papa ꝙ iudex ipm absoluere pōt ne i excōicatōe dcedat ēt si appellauerit: ps aduersa rcepta primo cautōe sufficiēti ab ipo ꝙ iuri pebit corā pa. ad quē appellauit vel delegato ipi⁹. Scōa qō fuit. aliqs ɔqrit se irrōnabiliter excōicatū vel iterdictū nihilomin⁹ offert se ad iusticiā ⁊ petit absolui ps aduersa appellat ad hāc qōem. idem respondet qd i prima quo pt illū absoluere ēt si ps aduersa duxerit apppellādū. No. ꝙ circa officiū suū male se hꝫ corā supior time re pōt comparere vel aliqd peter ab eodem Jtē dꝫ qs absolui ne i excōicatōe decedat p stita prius cautiōe sufficiēti nō ob. ap. partis

Reprehēsibil. advſe. Idē Quia plati nimis pmpti erāt ⁊ faciles ad excōicādū ⁊ subditi pmptiores ad appelādū: volēs la terañ. ɔci. puider sr his tā subditis ꝗ platis statuit ꝙ plati suspēsiōis l' excōicatōis sniaꝫ nllaten⁹ pferāt i subiectos: nisi canonica monitione pmissa nisi forte tal' sit culpa q ipo facto suspēsionē vl' excōicationē iducat nec subiecti ɔtra disciplinā ecclīasticā appellare p sumāt. ſꝫ si qs p sua necitate appellauerit ɔ petēs sibi terminū pfigat ad psequēdā app. ꝙ si ifra terminū nō fuerit psecut⁹ ex tūc eps auctoritate sua vtat. Si aūt aliqs appellauerit ille ɔtra quē fuerit appellatū venit ille vo q appellat vēir nexlexerit si ppriū hūerit i expēsis alteri ɔdēnet vt hoc saltē tiore pter rit⁹ nō facile qs appellet. in fine dicit ꝙ religiosi cū fuerit p suis excessib⁹ corrigēdi ɔtra regulā disciplinā nō appellēt. No. ꝙ canonica monitio pcedere dꝫ excōicationē. itē si qs ifra terminū sibi statutū appell. non psequt iudex postea officio suo vtat. itē q non psequt appel. suā ɔdēnari dꝫ aduersario suo cāꝫ p sequēti i expens. itē a correctione ñ appellit ⁊ ifra.

Cum dilecta Abbatissa ⁊ moniales cuiusdam monasterij volebant priuilegia sua innouare vnde cum ꝓpter viarū discrimina nō possent illa presentare domino pape: supplicauerūt eidem quatenus aliquibus personis discretis mādaret vt eoꝝ tenorem inspicerēt diligēter: ⁊ ipsū sub sigillis suis ad sedē apo. destinarēt vnde papa scripsit qbusdā epis⁹ ⁊ abbatib⁹ vt illa priuilegia ispicerēt diligēter ⁊ tenorē ipsoꝝ sb sigillis sibi suis fideliter destinarēt quod ⁊ factū fuit. papa viso tenore priuilegioꝝ dū vellet illa priuilegia facere inouari qdā canonici ꝓposuerūt id fieri nō debere: cū hildesemēs ecclīa in possessione subiectionis ipsius monasterij ꝑ C. annos ⁊ ampli⁹ extitisset: vnde ipse tunc priuilegia noluit innouare. Sed qbusdā mādauit vt ad locus idoneū accedētes vocatis q fuerint euocādi inquirerēt veritatē a qbus ps ꝑlerdeñ. ecclesie se. apo. appellauit: vnde postmodū abbatissa predicta petijt in tanto dicta priuilegia innouari. ¶ Ex aduerso fuit petitū vt cām ipam dn̄s papa cōmitteret aliqbus q testes reciperēt quos ꝓducere intēdebant esse priuilegia: ⁊ ad ꝓbādū prescriptiōem ltimam. dominus papa considerās ꝙ iure ciuili cautū est vt qn̄ periculū testiū timet etiā lite nō ꝯtest. testes valitudinarij ⁊ alij de quibus ex aliqua rōnabili cā timetur recipiātur eadē equitate ꝓuocatus priuilegia illa quasi nimima vetustate ꝯsumpta fecit innouari: ita tamē ꝙ ꝑ talē innouationē nullū ius monasterio acquiratur de nouo ꝫ antiquū conseruetur. Sed qꝛ p̄dictū monasteriū ad ius ⁊ ꝓprietatē ecclesie romane ꝑ priuilegiū predecess. suoꝝ nō scitur ptinere abbatissā p̄dictā noīe romane ecclie ꝯstituit ꝓcuratricē vt cū aduersus iura romāe ecclie nō nisi cētenaria currat p̄scriptio sup hec ⁊ aliis procuret q̄ in iudicio fiūt ꝓcurāda: ne ergo de statu monasterii diutius dubitet: Mādat iudici quatenus recipiat testes quos hildesemēsis ecclesia induxerit ad ꝓbādā iterruptiones: ⁊ si p̄scriptio ltia ꝓbata fuerit adiudicet subiectionē ipsius monasterii epō p̄dicto cū ꝯstet ipm in sua diocesi ꝯstitutū corrūpēdo priuilegiū inouatū nisi ex aduerso ꝓbata fuerit iterruptio: q̄ si ꝓbata fuerit: epō sup hoc silentiū iponat ⁊ ꝓnūciet mōasteriū ꝑpetua libertate gaudere priuilegio inouato resignādo. eidē. ¶ Nota ꝙ priuilegiū ⁊ instrumēta qn̄ sunt vetustatē quasi ꝯsumpta debēt innouari. Itē sicut testes ex cā li. nō cōtest. recipiuntur sic ⁊ priuilegia ⁊ instrumēta ex eadem cā innouantur. itē vbi ē eadem ratio ⁊ idem ius debet esse. Itē ꝑ innouationē nullū ius acquirit: sed antiquū ꝯseruat. itē priuilegiū inouatū ipendēti ē in hoc cāu sicut ꝯfirmatō

Dn ostrā. supra .e. hōe. idē Quidā canonici re

gulares impetrabant litteras ↄfirmatiōis sr administrationibus suis tacito ꝙ essent re gulares significatū fuit hoc dn̄o pape ex parte prepositi illoꝝ regulariū. dicit papa ꝙ regularibus persōis apostolica sedes ali qua nō ↄsueuit ↄfirmare: vnde mādat qbus dā quatenus ↄfirmationes a predictis regu laribus taliter īpetratas denūciēt irritas ꝛ i anes. ¶ Nota ꝙ regularibꝰ sua beneficia nō cōfirmātur. Idem.

P Orrecta Quidam regulares q prioratibus presunt impetrabant litteras cō firmationis super prioratibus suis quo ad iunxerint possidēdis. puenit hoc ad papā: dicit papa ꝙ nō credit hmōi litteras a sua cancellaria emanasse: vnde mandat illas q huiusmodi litteras ostēderint in quibus ad ministrationes prioratuū ↄfirmātur puniri tanꝗ falsarios. Si vero nō fiat mētio de re ligione ipsoꝝ illas denūciet nō valere tanꝗ veritate tacita īpetratas. Idem.

E Xaminata Inter nobilem matheū ꝛ quosdā alios milites de cāpania vertebat questio super iure p̄rona tus ecclie sancti angeli de qua sub certa for ma cōpromissum fuit in vice dom̄nū sabiū qui tulit arbitriū sup qōe predicta quod ab vtraq̧ parte fuit approbatum ꝛ ↄfirmatio obtenta fuit in forma cōi a. C. tandē orta q̄ stione sup ipso arbitrio delata est cā ad do minū papā innocētiū. ipse diligēter examia to negocio īuenit arbitriū pmulgatum fuisse ↄtra formā iuris ꝛ cōpromissi: vnde ipse ar bitriū illud decernit irritū ꝛ inane nō obstā te cōfirmatiōe. C. q ↄfirmauerat illud sicut pinde latū erat ꝛ ab vtraq̧ pte receptū. ¶ Nota ꝙ nō tenet snīa arbitri lata ↄtra for mā iuris. itē nec cōtra formā mādati. item fi nes diligenter seruādi sunt. itē snīa que non tenet nō pōt cōfirmari p cōfirmationē i for ma cōi obtentā. item quod nō tenet ratū nō pōt haberi p consensū ptiū. Hono. iii.

V Enerabiles In ter ar chiepiscopum nichosienen. ꝛ suffraganeos eius ex vna pte ꝛ regē ꝛ barōes ꝛ alios nobi les regis cipri: sup quibusdā decimis qō or ta fuit. Sed mediāte albano episcopo tunc legato inter eos amicabilis compositio iter uenit. hoc adiecto i compositiōe ꝙ quācito p sedē apostolicā fuerit cōfirmata stati; de beat executioni mandari: postmodū papa illā cōfirmauit ꝛ ad maiorē securitatē tenor cōpositiōis insertus fuit in ipsa cōfirmatione. Ipse tamē nobiles ipā; ↄpositionē huar no lebāt sumētes occasionē ex eo videlicet ꝙ v bum cōfirmationis fm̄ stilū ecclesie romane precedit tenorem compositionis .i. in litte ris confirmationis premisit papa verba il la ↄpositionē factā p legatū ↄfirmamꝰ sicut sine prauitate facta ē ꝛ ex eo videlicet eam seruare nolebāt q̄ clausula illa cōsueta sicut sine prauitate facta est in litteris cōfirmatio nis cōtinetur: cū per hoc nō videbat simpli citer confirmata. Sed sub ↄditiōe videlicet si iuste lata esset ppter quod archiepiscopus ꝛ suffraganei eius significauerūt hoc domi no pape: vnde ipse mandat predictis nobili bus quatenus si predicta vera sunt compo sitionē illā adimplere pcurēt. ¶ Nota ꝙ cō positio amicabilis pōt fieri inter eccliam et laicos sup decimis: dū tamē auctoritas pa pe interueniat vt hic patet: alias nō credo ꝙ valeat citra cōfirmatiōem pape inter ecclesi am ꝛ laicos sed hic actū fuit inter ptes ꝛ ali quādo non valeret nisi papa confirmet com positionem. Itē nota ꝙ ex quo papa ex cer ta scientia cōpositionē vel transactionem cō firmet tenet ꝛ valet etiā si alias nō valeret.

T Ua nobis Qui dā cardi nalis legatus apostolice sedis in p tibus ↄstantinopolitanis ↄtulit quedā mona steria quibusdā aliis ecclesiis i temporalibꝰ ꝛ spiritualibus sup illis collatōibus ↄfirma tio apostolice sedis obtenta fuit in forma cō muni. Isti prelati quoꝝ ecclesie aliis collate fuerāt sumētes occasionē ex collationibus p̄ dicti legati ꝛ cōfirmationibꝰ apostolice sedis patriarche ↄstantinopolitano obedire recu

sant: ꝛ eidē in iuribus patriarchalib⁹ respō dere vnde patriarcha ↄstantinopolitan⁹ con questus fuit domino pape: super hoc scribit papa vniuersis prelatis diocesis constati nopolitaneñ. dicens quod ipse non vult iu ra que diocesanis debentur per huiusmōi collationes seu etiā ↄfirmatiões minui siue ledi: vnde mandat prelatis predictis: quate nus nō obstāte hmōi occasione friuola ipsi patriarche obedientiam ꝛ reuerentiā3 exhi bere procurent ꝛ ei de suis iusticijs integre respondere. ¶ Nota ꝙ legatus non pōt subij cere vnam ecclesiam alteri in preiudiciū di ocesani episcopi: nec papa ꝓpter huiusmōi confirmationes super hoc obtētas iuribus episcopalibus preiudicium generare.

¶ Liber tertius

De vita ꝛ honestate clericoꝝ. Rubrica.

Ut laici. In primis duobus ca pitulis patet casus.

Ut quisq3 Sta tutum est in cōcilio miaticeñ. ꝙ qui libet rector ecclesie habeat clericū secu3: qui cantet sibi epistolā ꝛ legat lectionē: ꝛ qui possit docere pueros ꝛ parrochianos suos monere vt mit tant filios suos ad adiscendā fidem. i. credo in deum quos ipse doceat diligenter. ¶ No ta ex hac decretali ꝙ duo ad minus debe rent esse in ecclesia.

Clericus si Casus Aliqs cle ricus qui nō ē in sacro gradu neq3 ꝓfessus aliquā religionē accepit vxorē ꝛ di misit tonsurā quesitū est in ↄcilio triburiceñ. quid sit de isto clerico faciēdum statuit con ciliū ꝙ vxorē retineat ꝛ iterū tondeat nec in vita sua eā dimittat. Lr̄a sequētis capi tuli per se patet. Alexander. iij.

Monasterio Quia clerici monasteria monialiū nimis freq̄n tabant: statuit lateranēse ↄciliū ꝙ sine mani festa ꝛ rationabili causa vlteri⁹ frequētare nō presumāt quod si fecerint ꝑ epm arceātur: si nō destiterit ab officio suspēdētur si laici fu erint excōicentur. Grego. ix.

Quoniam vt ait. Qz tot clerici in stituebātur in ecclesijs: quod hone ste de bonis ipsarū nō poterat cōmode sustē tari. Statuit gregorius. viij. vt fm̄ faculta tes ecclesiarū cōsideratis expensis certus nu merus clericorū statuatur in eis ꝛ bona cle ricorū veniant in cōi ꝛ in vna domo come dant ꝛ dormiant sub vno tecto: ꝛ si qui con tra istud statutū facere presūpserint ꝑ suspē sionē officij ꝛ beneficij ad hoc cōpellantur ꝛ etiā si opus fuerit grauius puniātur. Scdo dicit ꝙ si aliquis eoꝝ qui simul viuāt man⁹ violētas in sociū miserit. indulget papa pre latis eoꝝ potestatē absoluēdi eos ꝛ pniam i ponēdi: nisi forte atrocitas facti grauiorem penā exigat. ¶ Nota ex hac decretali ꝙ fm̄ facultates ecclesiarū clerici sūt instituēdi in eis. Innocen. iij.

Cum ab oi. Quidā iu dices a se. apo stolica delegati faciebāt pactū cū litigātib⁹ sup deciā pte litis vel etiā alia fm̄ ↄsuetudinē loci more seculariū recipiētes de hoc pignora pro salario preter expensas vi ctualium nō cōsiderantes ꝙ ecclesiastici red ditus ad hoc sunt deputati vt inde honeste viuantt. peruenit hoc ad dominum papam vnde mandat vt de cetero ab huiusmodi in honestis exactionibus debeant abstinere: ꝛ gratis debeant litigantibus iudicium suum imptiri: eo non obstante ꝙ quidam dicebāt ꝙ illud faciebāt nomine assessorum cum nō liceat iustum iudicium vendere ꝛ venales sē tentie legibus secularibus improbentur. ¶ Nota ex hac decretali ꝙ expense possint

peti a delegatis et hoc intelligitur quando p ficiscuntur extra domiciliū suū: cum expense hic non reprobentur. Item delegati quibus beneficia sua sufficiunt salarium accipere nō debent: et nihilominus ordinarij: sed gratis reddere debent iudicium. Item venalis sententie non valent: ita q͂ appellare non est necesse. Idem.

Deus qui Liuoneñses de nouo conuersi erant ad fidez datus fuit eis episcopus et quidam alij fratres ad predicādū euangelium: quia isti predicatores dissimilē habitum habebant murmurabantur et inter liuones scandaluz suscitabatur ex tali diuersitate scribit papa epō liuoneñ. et aliis fratribus dicēs ne ppter dissimilem habitum scādalum suscitetur inter illos quibus vnuz euangelium predicabant mandat eis vt omēs debeant se ɔformare in vnum regulare ppositum et honestum habitum quantuz spectat ad hoc officium: non obstante eo q͂ quidam eorum sunt monachi quidā vero regulares. ¶ Nota ex hac decretali q͂ q scandalum recediitur a iure et ab habitu regulari: sed istō fit ad tempus ex causa. Item in hijs q̄ spectant ad pfessiōes auctoritas pape intelligit accepta. secus dr̄ de iuramento.

Cum decorem

Quidam ludi qui dicūtur theatrabes fiebant in ecclesijs in quibus introducebantur monstra laruaruz ppter quos ludos honestas ecclesie deformabatur et presbyteri et diaconi in quibusdam festiuitatibus. s. sancti stephani. s. ioāmis et innocentum ludibria sua exercebant. mandat papa predcā ɔsuetudinem ludibrioꝝ immo potius corruptelam de predictis ecclesiis penitus extirpari: ne ppter huiusmodi turpitudinem honestas ecclesie inquinet. Idem.

Ut clericorum

In prima parte huius capituli statuit consilium: q͂ clerici mores et actus suos reforment in melius et viuāt caste et precipue in sacris ordibus ɔstituti ab illo vicio precauētes. pp quod ad ira dei venit in filios diffidentie. ¶ Secūdo dicit ne facilitas venie incentiuum tribuat delinquendi statuit ut q deph̄ensi fuerint incontinentie vicio laborare puniantur ſm canonicas sanctiones put plus vel min⁹ peccauerint: ut quos timor diuinus a malo non reuocat pena temporalis compescat: et si aliquis ppter hoc suspensus diuina presumpserit celebrare eccāsticis bñficiis spolietur et ēt p duplici culpa deponatur. prelati vero qui tales sustinuerint in suis iniquitatibus et precipue obtectu pecunie: vel alteri⁹ ɔmodi temporalis pari pena puniātur: illi vero qui matrimonio possunt vti ſm tenorem regionis sue si lapsi fuerint puniantur. ¶ Nota q͂ aliqui puniuntur: vt similia facere pertimescant. Itē qui plus peccat plus debet puniri. Item quos timor dei a malo non reuocat pena temporali puniantur. Item qui suspensus ab homine celebrat diuina debz deponi. Idem

A crapula Littera hui⁹ capituli per se patet

Clerici Casus planus ē hic enumerantur quedam a quibus clerici abstinere debent: cum illa sint contra honestatem clericorum. Hono. iii.

Ex lit teris. Casus. In terra comitis pōtini erāt quidā clerici qui poti⁹ intendebāt negocijs secularibus q̄ diuinis officijs. Isti volētes gaudere priuilegio clericali: nolebāt subiacere statutis patrie: sz qñ statuta illa p se faciebāt tanq̄ laici statutis illis se volebāt defēdere. Iste comes pontinus significauit hoc domino pape. vnde mandat papa episcopo ābiensi qualiter moneat illos clericos. Tertio et si se non correxerint et pretermissis officiis talibus negociationibus se immiscuerit non defendat eosdem quo minus de facultatibus suis subiaceant statutis patrie: dum talibus se implicant: quia ipso facto renunciauit priuilegio clericali.

¶ Ex hac decretali nota ꝙ vsqꝫ ad tertiaꝫ admonitionem gaudeant clerici priuilegio clericali. Item ipo facto renunciat quis suo priuilegio. Item clerici clericaliter viuentes in rebus ꝓpriis debent defendi ab eccā qđ ē bene notandum.

De cohitatione clericorum ⁊ mulierum. Rubrica.

INhibendū Clerici indifferenter retinebant secum mulieres etiam suspectas. statuit concilium Maguntineñ. vt clerici feminas secum non retineant: de quibus suspitio possit haberi: nec etiam illas quas canones ꝑmittāt. s. matrem amicam ⁊ sororem: quia instigante diabolo in illis quandoqꝫ scelus perpetratur: vel cum illis que cum eis morantur: sed si quam de his habent necessitatem ei lōge ab ecclesia necessaria ministrent. In fine dicit ꝙ nulla femina ad altare accedat vel ministret presbytero nec infra cācellos sedeat vel stet.

SI quisquam Si quis ð clero suspectus fuerit de aliqua femina crimine fornicationis admoneat. Tertio ⁊ si pᵒ primam secundam ⁊ tertiam commonitionem inuentus fuerit fabulari cuꝫ ea vel cōuersari excommunicetur. femina vero canonica pēa puniet. ¶ Nota ꝙ noie sacerdotis omnes inferiores intelliguntur. Item trina admonitio necessaria ē antequam contra aliquem procedatur. Item rōe communis efficitur mulier de foro eccē. Alex.

CLericos In sac. Casus. Clerici publice tenēt ꝯcubinas quesitū fuit an deberēt compelli abiurare illas: Respōdet papa ꝙ ñ vult illas ad eas dimittēdas compelli per iuramētum ne īstructa diabolico icidāt ī periurium redeūdo ad eas. sed per suspēsiōis ⁊ iterdicti dimittere ⁊ compellātur ita ꝙ de eis nulla mala suspitio possit haberi: ⁊ si ad eas redierit vel alias acceperint excommunicētur donec eas dimittāt vt eorum exemplo alii arceātur. ¶ Nota ꝙ ñ debet aliquis compelli ad aliquid abiurādum de quo presumptio sit icōtrarium. s. ꝙ nō seruetur iuramētum. Item aliquādo pēa impōitur alicui vt alii arceātur.

SIcut ad hec Ea sus. Clerici de archiepātu cātuarieñ ⁊ eiᵒ suffraganeis quatenᵒ clericos illos moneat: ut illas ꝯcubinas abiiciant a se ⁊ eas vlterius non admittāt ꝙ si facere ꝯtempserint ab ecclesiis suis eos suspendant vsqꝫ ad debitā satisfactionem: ⁊ si eas suspensi retinuerint ab eisdem ecclesiis ꝑpetuo remoueat.
¶ Nota hic ꝙ epi possunt dispensare cum publicis cōcubinariis si se corrigere voluerit cum de iure possint piuari. Idem.

SUper eo Quidam sacerdos habebat publice concubinam monitus a suo epo eam dimitterꝫ nolebat: ꝓpter quod episcopus eū ob officio suspendit. ipe appellauit ad sedem apostolicam. Eboracēsis archiepiscopus significauit hoc domino pape. Respondet papa si dictus sacerdos litteras impetrauerit que facti seriem non cōtineant littere non valebant. ¶ Nota hic ut littere appellationis vel que super aliquo negocio impetrantur valeant seriem facti continere debeant: alias tante veritate impetrate sunt. Idem.

SI autem Clerici lādonienses hēbant publice concubinas. quesiuit quasr ꝓcederēᵒ dēꝫ ꝯtra illos rñt dicēs. ꝙ ī qbus ꝯqꝫ ordibᵒ sūt ꝯstituti si admōiti scđo ⁊ tertō non dimiserint eas de cetero non admissuri ecclesiis vel eaꝝ portionibus ap. re. spoliare ꝓcuret officio nihilominus eo interdicto.
Lucius tertius.

Uestra dubitauit. Qui dā canones dicūt nullus audiat missam sacerdotis quem scit indubitanter habere ↄcubinam. Alij canones dicunt. non potest aliqs quantumcūq; pollutus diuina sacramenta polluere: sed indifferenter sunt recipiēda ab ipo: quesitum fuit a Lucio papa qualr ista que ↄtraria videbatur essent intelligenda. Respondz papa aliud ē crimen notorium: aliud ē crimen occultum. Notorium ē ď quo pśbyter canonice ↄdemnatus est in quo casu loquitur capitulum illud nullus audiat. ꝛc. occultum quod ab ecclesia tolleratur i quo casu loquitur. capitulum illud nō pōt aliqs q̄tumcunq; pollutus. Itē aliud ē notorium qđ nō diffitetur. pśbyter ꝛ aliud pene occultum quod ab ecclesia tolleratus. Sed aliud est abstinere amissis eorum qui occulti sunt ꝛ tollerantur ab ecclesia ut peccandi licentia ceteris auferatur: ꝛ ipi ad penitentiam ꝛuocentur: ꝛ hoc lʒ quia fit bono zelo: ꝛ non ex ↄtemptu ꝛ aliud est si amissis earundem q tollerantur aliqui abstineant ex eo q̄ in fornicatione iacēt q̄ non licet sine dubio a clericis q̄uis fornicariis: ex quo tollerantur licite diuina officia audiantur: nec habēt opis euidentiam: ꝛ alia recipiantur ecclesiastica sacramenta. ¶ Hoc solum colligitur hic. A notorio fornicatore non sunt recipienda diuina officia vel ecclesiastica sacramenta ab occultis fornicariis qui tollerant̄ ab ecclīis licite recipiuntur: nec sunt ↄtemnandi.

Honorius tertius.

Tuanos. Quidam clerici publice habent ↄcubinas quando interrogabātur ab epō suo negabāt se ↄcubinas esse: ꝛ ↄtra eos nō apparʒ accusator q̄rebāt vtꝝ credēdū sit testionio bonoꝝ viroꝝ iter quos hmōi clerici ↄuersant̄. Respondʒ papa q̄ si crimē eoꝝ ita publicū est ut merito dici possit notoriū: tūc nec testes nec accusator necessarij sunt cū ꝑficiari nō possit. si vero publicū ē: nō ex euidētia sʒ ex fama: tunc talia testimonia nō sufficerēt ad ↄdēnationē alicui⁹ quia testibus nō testimoniis ē iudicandum. sʒ si de illis talis habeatur suspitio q̄ scandalum generetur illis ē purgatio indicenda: quam si pstare noluerint: vel defecerint i prestando canonice puniant̄. Nota q̄ a testib⁹ credendū ē nō testioniis. Itē q deficit i purgōe punit̄ ꝛ tūc fama ꝑ veritate accipitur ꝑ sumptiue.

Idem.

A Nobis tua. Precipit papa epō pistoriēn. q̄ mulieres nō pmittat cū clīcis habitare nisi forte tales sint cū qb⁹ naturale fedꝰ nihil suspicari pmittat ut ē mr̄ soror amica.

Grego. ix.

Quesitum est. Clerici aliq ꝑlapsi sūt i fornicatiōe. q̄sitū fuit a pa. vtꝝ officiū eoꝝ sit audiēdū anteq̄ peniteāt. Rn̄dʒ pa. q̄ licʒ qlibʒ suspensus sit ꝑ mortali peccato quo ad se q̄tum ad alios suspensus nō ē: ꝛ iō non dʒ in officiis euitari nisi peccatū illud notoriū sit vel ꝑ sniam vel ↄfessionem in iure factaʒ vel per euidētiam facti que negari nō possit ¶ Nota ex hac decretali q̄ quilibet ꝑ mortali peccato suspensus est quo ad se. Itē notorium tribus mōis dr̄ ut pʒ.

De clericis ↄiugatis. Rubrica:

Alexander. tertius.

SI quis. Dr̄ hic q̄ si aliqs ifra sacros ordines vxorem acceperit eccāstica bñficia ↄmittere ↄpellat̄ ꝛ retineat. si vero in sacris ordinib⁹ acceperit vxoreʒ eā dimittat ꝛ pniam agant quod si noluerī per sniam suspensionis ꝛ ex causis compellatur.

Idem.

Sane ꝛ infra. Ama ↄiugati ad eccāstica bñficia promouebātur pcipit papa ne de cetero clericus ↄiugatus ad bñficia ꝛ eccāstica vel ad sacros ordines vel ad aliquā administrationē admittatur: nisi forte castitatem voueret perpetuam ꝛ qui vnam tantum: ꝛ virginem habuisset in vxorem.

Nota ꝯiugati c'erici beneficia non debẽt habere nisi castitate ꝑmissa. Idem.

Quod a te. Quidã clerici in minorib⁹ ꝯstituti accipiebant vxores dicentes ꝙ non poterant ꝯtinere. queritur vtrū debeant bñficia retinere. Respondꝫ papa ꝙ sunt beneficiis ecclesiasticis spoliandi: qꝛ carnalibus desideriis ⁊ diuinis officiis seruire non pñt: ꝑpter viduitatẽ ipoꝝ: verũtamẽ si ecclesiis illis in quibus intitulati fuerãt cũ ab ecclesiis illis fuerint sequestrati: bona illa restituãtur eisdem. Idem.

Sane Casus. Quidã sacerdotes ꝯtraxerunt nuptias que potius cõtubernia sunt dicenda: ꝑpter quod ecclesiis suis fuerunt spoliati. Queritur vtrū possit eps cũ talibus dispẽsare. rñdꝫ pa. ꝙ post pniam ⁊ vitam laudabilem pñt p epm ad officiũ suũ dispensatie restitui ⁊ eius executõem habere. Nota ꝙ eps potest dispensare cũ sacerdotibus: q contraxerunt nuptias dummõ illa fueat v go. Inno. iij.

Diuersis fallaciis. Quidã clerici contraxerũt matrimoniũ nihilominus beneficia ecclesiastica retinere ꝯtendũt. Queritur quid iuris sit. dicit papa cuꝫ ergo vir cogitet quomodo placere possit vxori: ⁊ ideo circa ea que dei sunt minus valeat cogitare: quia qñ in duo diuisus plenam non habeat potestatem. Mandat epo norincẽ. ꝙ hmõi clericos eccãsticis beneficiis debeat spoliare cum ecclesiasticaꝝ reꝝ substantia per tales soleat ꝑire: nisi ipe illis scienter cõtulerit beneficia: ⁊ tunc ideo p ipm: sed p suum supiorem spolietur beneficiis illis. Nota ꝙ cõiugati d iure beneficia eccãstica haber̃ nõ debẽt. Itẽ substãtia sepe perit p tales. vnde ad administratõem admitti nõ debẽt. Idem.

Cum olim Casus vacante anglonẽn. eccã canonici eiusdẽ cantorem tricaricẽn. in epm elegerũt: archiepsꝯ artherõtinus electionẽ illius examinãs ⁊ ꝑsonam: inuenit ꝙ pater eius sacerdos grecus fuit ⁊ iuxta morem grecoꝝ in minoribus ordinibus ꝯstitutus vxorem duxit ⁊ illa in sacerdotio suscepit eũdem dubitauit archieps vtrū electionem illam deberet confirmare. Consult⁹ pape respõdet ꝯsiderans ꝙ orientalis eccia non admisit votum continentie immo in minoribus ordinibus ꝯtrahere pñt: ⁊ in supioribus vti matrimonio contracto. Mandat pa. ꝙ si aliud non obstet illum confirmet: nisi ꝯsuetudo regionis repugnet p eo: ꝙ inter latios hmõi ꝯuersant̃. Nota ꝙ greci pñt ꝯtrahere in minorib⁹ ordibus ꝯstituti ⁊ in supiorib⁹ uti matrimonio. Item cõsuetudo cum scit ieligibilẽ q als ẽ eligibilis. Idem.

Iohannes nobis. Quidã nõie ioãnes ina colitatus ordie ꝯstitutus cõtraxit matrimoniũ cũ quadã muliere dimissa tonsura. eps loci ꝯpellebat eũ portare tonsuram clericalẽ: pp qd vxor scandalizabat̃ de ꝯsuetudine tamẽ loci clerici non compellebantur inuiti portare coronam. vnde iste Joannes ꝯquestus est domino pape. super hoc rescribit papa epo dicens ꝙ idem clericus etiam tonsuratus nõ potest priuilegio clericali gaudere. vnde mandat quatenus dictum ioannem super tonsuratione huiusmodi non molestet dummodo nullum beneficium ecclesiasticum recipiat ratione cuius debeat portar̃ tonsuraꝫ: quia huiusmodi tonsura redundaret in obprobrium ordinis clericalis cum ipsum oporteat negociis secularibus immiscer̃. Nota ꝙ clerici coniugati non debent compelli ad portandum tonsuram clericalẽ in scandalum vxorum dummodo beneficiũ ecclesiasticum non percipiant. Item tonsuãtus non potest priuilegio clericali gaudere. Idem

Cum decorem Dicitur hic ꝙ clerici vxorati: non debent admitti ad ecclesiasticas dignitates ⁊ si quas habent illas dimittant. quia sine scandalo ⁊ malo exemplo eas retinere non possunt: Hono. iij.

Ex parte tua. Quidam lrati de terra regimine angloꝝ habita ⁊ tōsura dimissis ducunt vxores. tamen ad hoc ut declinent iusiſditōem regine ⁊ eam defraudēt ditis obsequiis tonsuram resumūt. Jnsuper quidam alii recepta tōsura simil'r ɔtrahunt ⁊ eam deserunt ut excusari valeant a p̄dcis significauit hoc regina do. pa. ⁊ ipe respōdꝫ cum reddēda sunt cesari que cesaris sunt: ⁊ deo que sunt dei patienter sustinebit: si a talibus clericis iusticias suas exegerit sicut ab aliis coniugatis. ¶ Nota ꝙ qlibꝫ ius suum fuandū ē. Jtē clerici vxorati ɔmittūt priuilegiū clericale. Jdem.

Ut cōsultationi. Quidā ɔstitutus i minori etate tonsurā ⁊ coronaꝫ clericalē accepit postea factus fuit miles. querebatur an debeāt ɔpelli portare habituꝫ clericalē ⁊ respondetur ꝙ nō dꝫ ɔpelli.

¶ De clericis nō residentibus in ecclesia vl' p̄benda. Rub.

Non liceat. Casus. Statuit ɔcilium sardien. ꝙ nullus eps transeat ad aliā ciuitatem de alia ciuitate: quia causā quare fiat videtur manifeste. s. ambitio: ꝗ null'repitur: qui de maiori ciuitate transire velit ad minorem ¶ Et nota hic dubia in peiorem partem interp̄tari: ⁊ q crescit de minori ad maius crescere non decrescere. Leo quartus.

Ex gestis. Casus. Quidā p̄sbr̄ Cardialis tituli sancti marcelli p qnqꝫ annos defuit p̄rochiam suam ɔtra canones ⁊ quia admonitus redire noluit in sinodo priuatus fuit dignitate sua. ¶ Nota ꝙ plat'nō debet ecclesiam suaꝫ deliquere qd̄ q fecerit priuari dꝫ p sn̄iam.

Quia non. Quidaꝫ cupiditate ducti diuersas dignitates ⁊ plures p̄rochiales ecclesias ɔtra canones recipiunt qbus deseruire non possunt cuim etaꝫ vni ecclesie vix sufficere p̄nt statuit lateranēse concilium ꝙ istō de cetero nō fiat. sꝫ cū beneficiū eccāsticū ɔmitti debuerit tali cōmittat' psone q̄ i loco residere possit ⁊ p se officiū suū exercer' ⁊ q ɔtra hoc fecerit qd̄ accepit amittat: ⁊ ille q dedit ɔferēdi ptāte p illa vite priuet'. Nota ꝙ nullus pōt h̄re p'les dignitates vel plures p̄rochiales ecclesias. Jtē p seipm̄ dꝫ qs residere. i. fuire ⁊ nō p aliū. Jtē q indigno ɔfert beneficiū dꝫ priuari ptāte ɔferēdi beneficiū illud ⁊ indignus dꝫ remoueri. Alex. iii.

Relatum. Dictū ē i p̄cedēti ɔcilio ꝙ eccē vel b̄nficiū tali psone dꝫ ɔitti: q̄ p se curam ipius valeat exercer': sꝫ qdā affirmāt se hoc facere velle. sed illud efficer' cōtradicūt pueīt hoc ad pa. vn̄ mādat pa. archiep̄o ebo2aceñ. ꝙ cū v̄ba cū effectu sint accipiēda: si tales p̄ntati fuerit nō admittāt: ⁊ qui recepti sunt remoueant': nisi de licētia p̄latoꝝ suoꝝ fuerunt absentes; puta studio lr̄aꝝ vel p'lis honestis cāis. ⁊ si contra hoc appellauerunt eorum appellatio nō valebit ¶ Nota ꝙ ex p̄missione sua quis obligat'. Jtem verba cum effectu sunt accipiēda. Jtē nō debꝫ aliquis absentare se ab ecclesia sua sine licentia sui prelati: quantumcunqꝫ cām h̄eat honestā. Casus sequentis per se pꝫ. Jdē.

Conquerente. Quidam p̄resbyter r. nomine conquestus ē domino pape. ꝙ. g. clericus requirebat ab ipo xx. solidos annuatim p ecclesia sua de qua idem presbyter vix necessaria p̄cipere poterat dicens beneficium in eadeꝫ ecclesia sibi fuisse collatum cum alia beneficia sibi sufficientia obtineret. nec eidem ecclesie deseruiret Mandat papa. Quatenus si cōstiterit ꝙ dictus clericus habeat alia beneficia sufficiētia vel ꝙ ipi ecclesie non deseruiat dicto super beneficio ipo silentium imponatur. Nota ꝙ qui beneficiū sufficiens habet: sup alio non est audiendus. Jtem si nō deseruiat nihil p̄cipe debet. Jdem.

De cetero. Quidam epus quandoqz ducebat secū aliquos de canonicis eccē sue: alii subtrahebant illis qui cū epo erant quod cō sueuerāt pcipe de cōitate statuit papa ne ca nonicis illis qui in seruicio epi fuerint aliqd subtrahi debeat vl auferri: nisi forte victua lia: que dari absentibus nō ɔsueuerunt. No ta q dum quis ē in seruicio epi ,p pñte ꝛ ser uiente dz haberi: ꝛ sic fuire intelligit.

Celestinus tertius.

Ex parte. Decanus cu iusdā eccle trāstulit se ad ptes gallicanas ꝛ ibi p. x. an nos moram fecit: ita q non fuit reuersus ad ecclesiam suam: capitulū ipi⁹ ecclesie signifi cauit hoc domino pape. Respōdz papa di cēs q non vult ut ipa ecclesia decani officio defraudet. mandat capitulo ut scribant ei: q ad suam eccām reuertatur ꝛ ibi exerceat officium decani q si venire noluerit ad ter minū sibi datum dat eis licentiam decanuz alium eligendi. Nota q licet aliquis lon go tempe absens fuerit ab ecclesia sua: sp ci tād⁹ ē ut rdeat añq ipa priuet. Inno. iij.

Qualiter Archiepſ ragu sinus ab ecclesia sua recessit iam p quadrienniuz ex pectatus ꝛ reuocatus etiam p lras domini pape nec rdire voluit. Mādat papa caplo ragusino ut p⁹ mēsem a rceptōe lraꝝ aliam psonam idoneam sibi eligāt in pastorez nisi forsitan responsus sit. Nota q citandus ē qs anteq priuet eccā sua ꝛ degradet. huic vnus mēsis post primā citatōem. Idez.

Inter quatuor. Qui daz clerici patriarche ɔstātinopolitane sine li cētia ipius absentabāt se ab eccliis suis sine iusta ꝛ nccāria cā qsiuit pRiarcha qualr cuz illis eēz agēdū. Respōdz papa q expectet il los ɔgruo tpe fm q ei videbat ꝛ nisi rdierit ad terminū eis pfixū pñt priuari eccliis suis dūmō nō sint iusto ipedimēto deteti. Item nota q sine lnia plati clici a suis ecclesijs ab sentare nō debēt. Itē ꝛ si ēt absentauerit se: ēt sine iusta cā adhuc citādi sunt ꝛ expectā di anteq priuent eccliis. Idez

Ex tue dilecte. Quidaz plati ecāꝝ subditi ar chiepi patraceñ. absentauerūt se ab eccliis suis ita q citari nō poterāt. qsiuit archieps a pa. qualr cū illis eēz agēdū. rñt pa. q edictū trine citatōis fciat pponi apud ecclesias ipoꝝ: ꝛ si non venerint ꝛ vltra sex menses eccās deseruerit debēt ecclijs spolia ri: sed prius pcedat ɔtra eos p snias suspē sionis ꝛ excōicatōis: ut ad obiam ipi⁹ archi epi redeāt. ꝛ si eoꝝ malicia sic ɔpesci nō po terit. cardi. apo. sedis legat⁹ rmoueat eos ab admistratōe suaꝝ eccāꝝ ꝛ ecciis illis de pso nis idoneis fciat puideri: sed eos nō depōat ut cū eis si expedierit misericorditer agi pos set. Ex hac decretali nota q nō ɔpet apō domiciliū suū dz citari trina citatōe. Item āteq pcedat ɔtra ipm expectet p sex mēses. Itē ar. q cū deposito nō sit dispēsandum.

Idem.

Tue fraternitatis. Qui daz clerici obtinu erūt indulgētiā ut cā studii bñficia sua pciperēt in absentia: ꝛ sic accepta licētia a suo plato trāsferūt se ad villas vel castella in quibus modicum ē studiū cū deberēt vēi re bononiā. Querebat vtꝝ deberēt hre bñ ficia sua in hmōi studio dicit papa q ex pre fata indulgētia fructū hre nō debēt cū fraus ꝛ dolus eis pcinium non debēt iptiri. Nota q nomine studij de meliori vl sal tem de bono intelligendū ē. Itē indulgentia fraudulenter obtenta non valet. Item indul gentia intelligi debet fm q ille qui eam con cessit intelligit. Item fraus ꝛ dolus pdesse non debent sed obesse. Hono. iij.

Ex parte Quidā ele ct⁹ fuit i ppositū de valerens in receptione ipius ppositure pstitit iuramentū qd facerz residē tiam in eadē: postmodū vero qñqz absenta bat se p iuribus ꝛ rōibus ipsius ppositure p sequendis siue pcurandis. dubitabat pposi tus vtruz pp hmōi absentiā piurium icurrit

ſ3. Cōſultus pape reſpondet eidē q̄ ſi nō ab ſentet ſe in fraudem: dum ipe ꝓſequitur iuā eccleſie ſue non deb3 dici abſens ſed reſidēs ⁊ piurium nō incurrit. ¶ Nota q̄ q abſēs ē p vtilitate eccl'e ꝑ pñti reputatur ⁊ iuramē tum iſtud extenditur ad hoc: quia per vtili tatem eccl'e ꝓcur3 pñs dr̄. Jtē fraus nō ad mittit̄ in iuramēto. Jdem

C Um dilcōs. Canōici me tēſes talē fecerūt ↄſtitu tionem in eccleſia ſua q̄ in abſen tia nihil ꝑciperēt. Magiſter otto eiuſde3 ec cleſie: canonic⁹ exiſtēs in curia romana. Jn ſeruicio domini pape petebat ab eis benefi cium ſuum: ſed ipi occaſiōe dicte cōſtitutōis illud denegabant. Mandat papa canonicis meteñ. Quatenus non obſtante illa ↄſtitutō ne que facta eſt ↄtra abſentes debeāt eidem mgro aſſignare fructus pbende ſue exiſtēti i ſuitio dñi pape: quia qui in ſeruicio dñi pa pe ↄmoratur non debēt gaudere minori pri uilegio q̄ qui in eccleſia ↄmorantur: q2 p ip ſos pñtiū negocia ſepi⁹ ꝓmo uenī. Jſtud in telligo de gr̄a q̄ mādat dare bñficiū: nō ob ſtāte illa ↄſtōe. Jdem.

A D au dientiam. Canoni ci meldeñ. quādā fece rūt ↄſtōem iuramento interpoſito ↄfirmatā: q̄ canonici nihil ꝑciperēt niſi cum in eccā reſiderēt illis exceptis qui p⁹ infirmi tatē excuſarent. ⁊ qui eſſent in ſeruicio apo ſtolice ſedis eps qñq3 hab3 aliquoſ de cano nicis in ſeruicio ſuo ⁊ capitulū occaſiōe illi⁹ ↄſtōis ſubtrahebat illis fructus pbēdaꝝ ſua rum ⁊ ita eps nō poterat eos habere qñ vo lebat vel ſibi expediebat puenit hoc ad noti ciā dñi pape ſup hoc ſtatuit papa ut duo d̄ canonicis exiſtētes in ſuicio epi integre pci piant fructus pbēdaꝝ ſuaꝝ q2 abſentes di ci nō debēt qui in ſeruicio epi ↄmorantur. ¶ Nota q̄ q infirmus ē quaſi ſuire intellr. vñ integre pcipit pbēdam. Jtē q ſuit epo ec cleſie ſuire intelligit: quia eps eſt in eccleſia: ⁊ eccāa in epo. Grego. ix.

C Um ad hoc. Antiochena eccā pp abſentiā illoꝝ qui ſeruire debebant in eccleſia deſtituta e rat miniſtris occaſione quarundam indul gētiaꝝ quas ſup hoc habere dicebant. peti it patriarcha eccleſie ſue ſup hoc ꝓuideri. vñ mādat pa. ipi patriarche Quatenus nō obſtātibus apoſtolicis indulgētiis ⁊ pdeceſ ſoꝝ ipi⁹ patriarche reuoc3 canonicos abſē tes ⁊ quoſdam alios qui appellantur aſſiſii ↄtinue reſidētes ⁊ ſi nō venerint de benefici is ipoꝝ faciant eccē deſuiri: dū fuerint abñ tes ⁊ q̄ ſupſuerit in vtilitatē eccleſie ↄuertat̄ de iure tñ poteraut priuari. ſed i hoc eis vo luit facere grām. ¶ Nota q̄ clerici poſſint reuocare a p̄latis ſuis: niſi ſup hoc indulgē tia pape ſint muniti. Jtem ex cā ceſſat ſiue pdit̄ priuilegiū. Jde3

C Lericos Quidā cle rici aſſecuti ſunt beneficia q̄ reqrunt reſidentiā i eccl'is dioceſ. iſti clerici trāſibāt ad alienā3 dioceſim cā morādi ſine lnia ſui epi. ↄſultus pa. qd de talibus ſit faciendū. Rñt q̄ ſi mo niti nō redierint ad terminū ſibi datū ſpoliā di ſunt eccleſiis illis niſi oſtendāt rōnabilem cām quare nō poſſint redire. ¶ Nota q̄ qli tercūq3 clerici ſint abſentes de lnia vel ſine licentia p̄lati ſui ſp vocandi ſunt anteq̄ ꝓce datur ↄtra eos. Jtē ſi cām rōnabilē oſtēdāt quare venire nō pñt non puniūtur.

De pbēdis ⁊ dignitatibus. Rub.

Caſus in tribus primis capitulis ſatis pats

Alexander tertius.

E Piſcopus ſi Statuit lateranēſe ↄciliu3 q̄ epi nul ū debēt ordiare ſi ne certo titulo in diaconum vel preſbyteꝝ: ⁊ idem intellige de ſubdiaco no q̄ ſi fecerit tā diu miſtret ſibi nccāria do nec in aliq̄ eccā ſibi ↄueniēs bñficiū aſſignet niſi de ſua vel pr̄na hereditate ſubſidiu3 vi te poſſit habere. ¶ Nota q̄ null⁹ d3 ordia ri in ſacris ſine titulo: alias punit̄ ordinatoꝛ ut hic dicit. Jtē ad titulū ſui p̄rimonii pōt aliqs ordinare. Jde3

Q 1 Uia in tantum. Quidam ambtiōe ducti aut etiā tribus: sed quodcunqꝫ acquiritur: cum etiam duabus seruire non possunt: p̄cipit cōcilium lateran̄. q̄ ambitio istoꝝ corrigatur p̄ ep̄os in quoꝝ iurisditione clerici ꝯsistunt ⁊ de beneficiis istoꝝ que obtinent cōtra canones periculū animaꝝ inducūt puidatur pauperibus clericis qui ecclesiis valeāt deseruire. ¶ Nota q̄ nemo potest habere plures ecclesias sine periculo anime: nisi dispensatie p̄ papam. Idem.

C Um teneamur. Aliqs habēs sufficiēs beneficiuꝫ impetrauit lr̄as p̄ alio b̄n̄ficio in alia ecclesia obtinendo: nec fecit mentionem de beneficio quod habebat. quesitum fuit a papa vtꝝ teneretur ille cui litter̄ diriguntur puidere illi auctoritate illaꝝ lr̄aꝝ. Papa respondꝫ si mandatum nostruꝫ receperis super puisione illius qui habet aliud sufficiēs beneficiū patienter sustinebimus si non feceris quod mandamus nisi de beneficio suo i litteris nostris fiat mentio vel si nō potes ei puidere sine scandalo. ¶ Nota q̄ beneficium sufficiens habꝫ ⁊ lr̄as impetrauerit pro alio non valeret nisi fiat mentio de primo in lr̄is. Itēꝫ ppter scandalum repellitur ita q̄ lr̄e non valēnt. Idem.

R Eferente. Quidam p̄sbr̄ in archidiaconatu cuiusdā archidiaconi habebat duas ecclesias. archidiaconus spoliauit illum altera illarum ⁊ assignauit illam cuidam alii p̄sbytero. S. nomine: ppter quod presbyter ille appellauit ad metropolitanum suum. s. fm̄e sem archiep̄m ⁊ sic archiep̄s restituit illi ecclesiam. post hoc archidiaconus vocauit illum presbyteꝝ ad p̄sentiam suam: ⁊ quia ille non venit archidiaconus excōmunicauit eundem. Sacerdos ꝯquestus ē domino pape. vnde papa fecit illum absolui a sententia qua tenebatur. Mandat papa ep̄o diocesano: ut ille p̄sbyter vnam de p̄dictis ecclesiis eligat quaꝫ voluerit alteram assignꝫ p̄dicto S. cui archid. eam contulerat si non babeat aliud beneficium: alioquin ꝯcedit illam alii psone idonee beneficium nō habenti. ¶ Nota q̄ olim fm̄ hanc decretaleꝫ qui habebat plures ecclesias eligere poterat quam volebat altera relicta hic: hodie non habet locum: quia recipiendo secunda vacat prima Item hic appellatur ad metropolitanum ōmisso medio quod ē ꝯtra ius. sed ꝯsuetudo ē ut ad istum metropolitanum appelletur ōmisso medio. Item nemo potest habere diuersas ecclesias ut hic pꝫ in fine. Idē.

M Aioribus. Quidaꝫ p̄lati beneficio minoꝝ clericoꝝ diuidebāt in plura beneficia maioribus in sua integritate manentibus. Consilium turonense vidēs q̄ hoc erat iniquum statuit q̄ ecclesia seruet vnitatem sine aliqua sectione in mioribꝰ beneficiis sicut in maioribus ut de cetero nulla diuisio fiat p̄bendarum aut etiam dignitatum. ¶ Nota q̄ ad vnam prebēdam plures eligi non possunt: quod si fiat non valet. Item idem ius seruari debet in minoribus quod in maioribus negociis. Idem.

R Elatum est. Archiepiscopus catuariensꝰ instituit in ecclesia sua magistrum Jacobū in canonicum ⁊ in fratrem ⁊ pmisit eidem cōferre primam prebendam que in ecclesia ip̄a vacauerit ⁊ assignauit eidem aliquam portionem: quousqꝫ prebēdā aliquam integram cō ferret eidem: sed cū pᵃmodum in ecclesia ip̄a prebēde vacassent archiep̄s non adimpleuit suam pmissionem. vnde iste iacobus accessit ad papam ⁊ exposuit ei qualiter archiep̄s se habueāt erga eū Scribit papa archiep̄o dicens q̄ postq̄ dictus iacobus est institutus canonicus in ip̄a ecclesia ⁊ pmisit ei prebēdam primo vacaturam dignum est ut integrā deberꝫ habere prebēdā. vnde mādat ipi archiep̄o qualr̄ si dictus iacobus est in ecclesia canonice institutus ⁊ i choro capitulo ⁊ aliis quoꝝ cōis ē vsus habꝫ sicut canonicatus potestatem et prebēdā si qua vacat vel quā primo vacarꝰ ꝯtigerit assignet fm̄ quod ip̄e pmisit: quia in

cõueniens ē: vt prebēda careat qui in cano nicū est receptus. Nota primo ꝙ aliqs pōt recipi in canonicū ⁊ vacaturū expectare pre bēdam: ita tamē vt aliquid ꝑcipiat vt hic ꝑ ciebat. itē ꝑmissum adiplendū ē. itē qui ē ca nonicus receptus nō ꝺ carere beneficio. idē

Auaricia Quidaꝫ monaci ⁊ canōici regulares cer tas pēsiōes de ecclesijs suis ꝑcipeꝛ annuati ꝯsueuerūt. Sꝫ ipsi portiōes ⁊ anti quos redditus quos clerici ipsarū ecclesiaꝝ ꝑciebāt diminuerāt ⁊ parrochias suas di uidebāt sine cōsensu archiepi sui: vnde man dat papa predictis regularibus quatenus si quas portiones vel antiquos redditus cleri coꝝ sine ꝯsensu archipi diminuerūt vel par rochias diuiserūt ad integritatē pristinā de beāt reuocare. ¶ Nota ꝙ monachi certas portiōes vel redditus quos ꝑcipiūt clerici in ecclesijs ipsoꝝ sine cōsensu diocesani sui mi nuere nō possunt vel diuidere vnā parrochi am in duas. Idem.

Significatum Quedā ꝑbēda sacerdotalis vaca uit in quadā ecclesia: ꝑpositus ⁊ capitulū il lius ecclesie cōi ꝯsensu ⁊ volūtate statuerunt vt quicūqꝫ ad ipsam prebēdā eligētur missā de scā maria cotidie celebret nisi eēt corpis īfirmitate grauat⁹ nec ecclīam dimitteret si ne ꝯsensu ꝑpositi ⁊ capituli ꝙ iura illius pre bēde nō alienaret quo facto elect⁹ est quidā sacerdos ad ipsam prebēdā. ꝑpositus ⁊ ca pitulū petiuerūt a papa vt institutōem ipsi⁹ deberet cōfirmare: ⁊ dominus papa ipsam ꝯfirmauit: ita ꝙ sacerdos ille assidue dēat officiū suū ipendere ipsi ecclesie nisi fuerit in firmitate grauatus: ⁊ quāto frequētius pote rit salua honestate suarū missarū solēnia ce lebrare nec liceat illi officiū subtrahere illi ec clesie nec ad aliā se trāsferre. ¶ Nota ꝙ va cante pōt onus iponi i beneficio dū tamen onus sit licitū ⁊ honestū. Idem

De monachis Quidā monachi habēt ecclesias suas in quibus ponūt vicarios ⁊ eos in tan tū grauāt ꝙ hospitalitatē seruare nō possunt nec epalia iura persoluere. Mādat papa vi goꝛ. epo in cuius iurisditiōe sunt isti monaci ꝙ nullū recipiat ad ꝑntatiōē monachorum nisi tantū ei de ꝑuentibus ecclesie corā ipso fuerit assignatū: vnde possit hospitalitatem seruare ⁊ episcopalia iura persoluere hanc portionē nō poterūt monachi diminuere si ne consensu capituli ⁊ sic pōt intelligi supra c. auaricia. ¶ Nota ꝙ ad hoc vt ecclesia di catur sufficiens: oportet vt illa cōputētur in sufficiētia de quibus hospitalitas seruetur: ⁊ iura epalia soluātur preter necessaria cleri corū ⁊ oīa ꝯsimilia ad hoc vt ecclesia dicāt sufficiēs sunt computāda: vnde cū ꝑponitur exceptio de insufficientia oīa talia ⁊ necessa ria clericoꝝ sunt cōputāda. Idem.

Ad hoc In hoc capitu lo ⁊ sequēti dicit̄ ꝙ nullus pōt hēre plures dignita tes ⁊ ꝑsonatus in vna ecclesia aut etiā in di uersis: ⁊ hoc ius cōtinet in his duobus capi tulis.

Cum ignores Archipbr̄ ⁊ clerici cuiusdā plebis elegerunt quēdā pbr̄m rectorē cuiusdā ecclie in suum pbr̄m siue in capella sua: ⁊ ipse consensit ele ctioni: nolebat tamen locū hēre in vtraqꝫ ec clesia: archipbr̄ ⁊ clerici cōtradicebāt volen tes ꝙ in sua ecclesia resideret ⁊ sic orta fuit super hoc questio inter ipsos: vnde nūci⁹ ꝑ sbyteri ⁊ quidam clerici alterius ecclesie ad sedē apo. accesserūt. Domius papa auditis hinc inde ꝑpositis ꝯsiderās ꝙ nō ē ꝯueniens vt idē presbyter locū hēat i duab⁹ ecclesijs: mādat archiepo ianuēsi vt dictū pbr̄m be neficio quod hꝫ faciat manere ꝯtētū ꝙ si for te archipbr̄ ⁊ clerici alterius ecclesie i eū cō senserint ⁊ mō dissentiāt nō ꝺ cū ipsoꝝ scā dalo in eoꝝ ecclesia locuꝫ habere. ¶ Nota primo ꝙ vna ecclesia vnū ꝺ habere rectorē cū in vno corpore duo capita esse nō debēt nec vnus rector debet preesse pluribus eccle sijs. itē ꝑpter scādalū aliquis repellit ab ob

tinēdo beneficio. Itē ar. ꝙ ex quo aliqui ꝯsē tiunt in aliquē possunt dissentire sed hoc est ꝑpter scādalū ⁊ isti dissentiūt ꝙ pbr̄ ille no lebat dimittere primā ecclesiā. Inno. iiij

Cum secundum

apostolū. Casus. Sume casuȝ ad mediū capituli ibi: inde est ꝙ. Eps ȝamoreñ. ordinauit in subdiaconū quēdā clericuȝ g. noīe sine aliquo titulo tandē morte p̄uēt⁹ eidē clerico in beneficio ecclesiastico nō puidit p⁹modū successor illi⁹ requisit⁹ ñ ꝑuidebat eidē. Accessit ad papā exponēs eidē q̄liter predecessor illius ordinauerat ip̄m in subdiaconū scripsit papa quibusdā vt illū subdiaconū examinarēt si dignus eēt ad ecclesiasticū beneficiū obtinēdū. ȝamorē. ep̄o citato vt examiatiōi intersit. vnde scribit papa ep̄o ȝamoreñ. ꝙ cū clericus ille a predecessore suo ordinatus fuerit sine certo titulo si examinatores predicti eo citato vt examinationi intersit p se vel p aliū vt liceat sibi proponere quicquid rōnabiliter duxerit ꝑponēdū tā sup idoneitate psone ꝙ̄ etiā sup quātitate ⁊ qualitate beneficij illū inuenerint esse dignum tā diu necessaria vite sibi ministret donec in ecclesia ȝamoreñ. vel alia p ipsum beneficiū ꝯpetēs assecutus scitur⁹ p certo ꝙ si dignus reptus fuerit ⁊ ipse ep̄s ei neglexerit ꝑuidere: cū papa sup hoc fuerit requisitus cōpellet ipsū p districtionē ecclesiasticaȝ ad prouisionē ipsius occasiōe huius negocij premittit papa illa q̄ precedūt hoc mō dicit apostolus qui altari seruit viuere dȝ de altari: ⁊ qui ad onus assumit̄ emolumentū inde dȝ haber̄: ergo pȝ ꝙ clerici qui deputati sūt obsequio ihesu christi de ipsius patrimōio viuer̄ dn̄t clerici eni a cleros quod ē sors appellātur: ⁊ iō dū ordinātur vel assumūtur i hereditatē in ipso: licet aūt predecessores innocē. ordinatiōes eoꝝ que sine titulo ꝑmouētur quātū ad executiōeȝ irritas esse voluerint ⁊ inanes: i iniuriā ordinātiū. Inno. volens benignius agere cū taliter ordiatis statuit ꝙ p ipsos ordiatores vel successores eorū tādiu ꝑuideat̄ ordiatis donec p eos beneficia ecclesiastica fuerit ꝯsecuti. ¶ Nota ꝙ qui altari seruit de altari viuere debet. iteȝ ad quē spectat onus ⁊ emolumētū. itē qui aliquē ordiat vel ordinari facit ad sacrū ordinē prouidere tenet̄ eidē donec p ip̄m beneficiū ordinatus fuerit ꝯsecutus. Idem

Inter cetera Casus

v. ⁊ hug. pmutatiōnē suarū prebēdarū affectantes eis in manu ep̄i renūciauerūt postmodū mādauit papa decano remēsi vt de prebēda. v. inuestiret hug. ¶ Sed ep̄s loci hoc intelligēs cōtulit eā magistro. p. vnde orta lite inter magistrū. p. ⁊ hug. dominus papa reuocauit prefatā renūciatiōem: ⁊ vtriqȝ restituit beneficiū suū ⁊ ne magister. p remaneret frustratus spe sua. mandat papa episcopo vt prebendā alicui nō ꝯferat doec assignauerit magistro. p. p̄bēdale beneficiuȝ in eadē ⁊ si cōtra illud fecerit illud cessat ne fraudulēter vsus sit illi ꝯtulisse prebēdā.

¶ Nota ꝙ vbi ponitur ista clausula ꝙ si cōtra factū fuerit decernimus irritū ⁊ inane quod fit postea ipso iure nō tenet. itē qui dat b̄nficiū quod dare nō pōt tenet̄ dare beneficiuȝ quod dare pōt in penā illi⁹ qui aliū decipe fraudulēter volebat. Idem.

Cum iam Casus. vacante ꝑpositura siclinensi a quibusdā canonicis ecclie siclineñ. electus fuit quidā noīe ioānes de betunia maiore parte capituli prius appellāte ⁊ quibusdā canonicis absentib⁹ ⁊ nō vocatis ad petitiōem istius iohānis cōmissa fuerit cā quibusdā iudicib⁹. iudices illi ꝯfirmauerūt electiōem ipsius ioannis. tādē causa cōmissa fuit aliis iudicibus ad petitioneȝ partis aduerse. illi cassauerūt ꝯfirmationem prioꝝ iudicū: demū papa cassauit ꝑcessus prioꝝ ⁊ secūdoꝝ iudicū: reducēs cām ad eū statū i quo erat añ primā cōmissiōeȝ. istis/oibus sic pactis. r. siclinensis canonicus opposuit se isti iohāni ꝑponēs multa ꝯtra ip̄m. scilicet pluralitatē dignitatū ⁊ beneficioꝝ cōtra cōsiliū lateraneñ. ⁊ ꝙ die intentiōis sue ante cōfirmationē administrare p̄sumpsit ⁊ post

cassationē cōfirmatiōis electōis sue ministra uit hijs et aliis auditis mandat domin⁹ pa pa qbusdā iudicib⁹ ꝙ si inuenerit ꝑdictum Johānē habere plures dignitates atq₃ pre bēdas aut aliquod aliud de ꝑmissis quod sufficiat inuenerit esse verū eidē Johāni si per ipsa prepositura silentium imponat ab ipetitōe ipsius sicliñ. ecclesiā absoluētes In fi. rñdet papa q̄si tacite qōni posset qs op ponere dño pape quare vos istū repellitis: multi sūt qui habēt pluralitatē dignitatū et beneficioꝝ multa ꝑ paciētiā tollerātur que si in iudiciū ddNucerent exigēte iusticia cassa rentur. Jtē nota ꝙ qui h₃ plures dignitates seu ꝑsonatus ineligibilis est. itē ante cōfirma tionē nemo d₃ administrare ꝙ si fecerit d₃ eius electio cassari. itē ꝑ paciētiā q₃ nō deꝺū ciātur vel accusantur multa tollerātur que si in iudiciū deducerentur ſm iusticiā cassarē tur. Jdem.

D Jlectus filius. Epus lingoniensis de mādato dni celestini pape cuidā clerico. g. noīe quādā₃ prebēdā in ecclesia ligoniēsi as signauit sed capitulū noluit ipsū recipere ad eandē tandē ad instanciā remēsis archiepi: tūc epi prenestini apostolice sedis legati: tal' cōpositio inter capitulū ⁊ ipsū. g. intercessit: quod receptus fuit in canonicū ⁊ in fratrem cōcesso sibi stallo in choro ⁊ loco i capitulo ⁊ participatiōe diuinoꝝ. ita tamē ꝙ fruct⁹ prebēde recipe non deberet nisi loco ꝓxime vacaturo. Sed q₃ plures ꝑbēde postmodū vacauerūt nec eidē. g. aliquē assignauerunt: accessit ad papā ꝑponēs eidē oīa supradic ta. scribit papa iudicibus dicēs dictū. g. in canonicū recipi canōicis nō obuiat istitutis Sed vacaturā expectare prebendā est ↄtra lateranē. cōciliū. vnde papa factū legati i eo ꝙ dictū. g. recipi fecit in canonicū ⁊ in frem approbauit: sed ꝙ nihil reciperet i simili loco ꝓxime vacature reprobauit. q₃ vero indig nū est vt receptis in canonicū beneficio care at. Mādat iudicibus vt epm ⁊ capitulū ꝑ dictos cōpellāt vt ei prebēdā cū se facultas obtulerit assignēt: ⁊ portiōes quotidianas q̄ fiunt in ecclesia faciāt assignari eidē. ¶ No ta ꝙ aliquis pōt recipi in canonicū sine assi gnatiōe prebēde dū aliquid sibi assignet tan quā canonico ⁊ si addatur ꝙ nihil ꝑcipiat: nisi cū vacauerit prebēda hoc nō lic₃ sed sic pōt recipi: recepimus te in frem ⁊ ꝓuidebi mus tibi cū facultas se obtulerit. Jstud nō est cōtra cōciliū lateraneñ. Jtē licitū nō vici atur per illicitū. Jdem.

Q ue fraternitatis. Aliquādo ↄtingit ꝙ ad vnam pre bēda₃ vacantē duo eligūtur ꝓpter iportuni tatē petentiū: quesitū fuit a papa an talis ele ctio de iure teneat: papa ↄsiderās ꝙ si duo vnā prebēdā tenerēt illud esset cōtra cōciliu₃ turoñ. ꝙ prebendarū inhibet sectionem: ⁊ si vnus illoꝝ prebendā haberet alter illorum sub expectatione contra lateranē. cōciliū re maneret. Respōdet papa ꝙ talis electio de rigore iuris est cassanda. Nota ꝙ que ꝑ im portunitatē fiūnt valere non debēt. item pre benda diuidi non debet. Jdem.

N Jsiessent Uacante quodā pri orastu duo electi fuerūt ad ipsum: cā cōmissa fuit super his duabus electiōib⁹ vt negociū posset facilius expediri. partes cōpromiserunt super istis duabus electiōib⁹ in iudices delegatos retēta sibi iurisdictiōe delegata. Judices isti siue arbitri ꝓ bono pacis ⁊ cōcordie ordinauerunt ꝙ vnus ele ctus prioratū hēret: alter vero. x. libras ꝑci peret annuati de redditibus capituli. ⁊. x. libras de puētibus prioratus: ⁊ hec ordina tio ab oībus est recepta ⁊ approbata tādē₃ petiuerunt illam ordinatione₃ per sedē apo stolicam confirmari: super hoc rescribit pa pa dicens ꝙ illā ordinationē haberet valde suspectam ꝓpter malum exemplum nisi ta₃ illi qui fecerint q̄₃ illi circa quos facta fuit: essent viri prouidi ⁊ discreti quod eni factū fuit per illos: vt vnus d̄ duobus electis ha beat prioratum: hoc factum fuit ſm iusticiā ex delegati iurisdictionē quod de altero fa ctum est vt ipse habeat. xx. libras de reddi

tibus capituli ⁊.xl.libras de prouētibus pri
oratus pcipiat annuati hoc fm puidētiam
fuit ordinatū ex arbitraria potestate cū i de
legatos fuerit cōpromissū retēta iurisditione
delegata ⁊ pro bono pacis ⁊ concordie con
fessi sunt se fecisse. Quia ordiatio ista ab oi
bus est recepta ⁊ prior ⁊ capitulū puisionez
huiusmodi sine grauamine possint exhibere
que facta fuit non ex pactione partiū sed ex
iudicū prouisione pro bono pacis pa.eū tol
lerat hoc modo vt videlicet dignitas priora
tus non remaneat onerata ita ꝙ defuncto
priore successor ad prestationem.xl. libras
nullatenus teneatur ne circa prouētus prio
ratus aliqua sectio fieri videbatur. ¶ No
ta ꝙ ppter honestatem persone presumitur
pro ipso.itē aliquis pōt vti simul arbitraria
⁊ delegata potestate.itē pro bono pacis ali
qua sunt tollerāda que alias reprobarētur.
itē que fiūt ex pactiōe partiuz circa spiritua
lia illicita presumūtur. item prouisio ista fu
it personalis quantū ad prioratū ⁊,iō nō trā
sit ad successorem.

Idem.

Pro illorum Domi
nus papa mādauit archiepiscopo
burdegaleñ. vt in aliq̄ ecclesiarū suaruz ma
gistro.p.competens beneficiū faceret assig
nari contradictores per cen.eccle.compescē
do recepto isto mandato mandauit decano
⁊ capitulo xantoneñ. vt dictū magistrū reci
perent in canonicū ⁊ in fratrē canonici xan
toneñ.⁊ aduersarij dicebant ꝙ habebāt cer
tum numerū canonicoꝝ ⁊ ideo ipsuz recipe
Ex parte Abbas ſcẽ colũbineſeñ. i petrauit priuilegium vt decias ter re ꝓchiarum ſuarũ cuꝫ integritate pcipet: poſt ipetratum priuilegium ſurrexerunt illa noualia: queſiuit abbas vtrum deberet pci pere decimas noualiũ auctoritate priuilegij cõceſſi. reſpõdet pa. ꝙ cuꝫ eis ſit cõceſſuꝫ ꝙ maius ẽ vꝫ ut poſſit pcipe decias terre pro chiaꝝ ſuaꝝ 7 de noualibꝫ decias pcipe põt qꝛ vbi maius ↄceditur 7 minus ↄceſſum vr. ¶ Nota cui ↄcedit quod ẽ maius 7 qð mi nus eſt cõceſſum intelligit. Itẽ priuilegium large interptari dꝫ in hoc caſu. Idem.

Paſtoralis Aliqs hꝫ molẽdina: 7 piſcarias ſuas: facit ibi expenſas neceſſarias ad cõſernationẽ ipſaꝝ rerum q̃ ſiuit epiſcopus elieñ. vtꝝ expenſe iſte neceſ ſarie ſint deducẽde de fructibus illarum re rum anteꝗ decima perſoluatur ſm quod in negociatione deducuntur antequam papa ad hanc queſtiõem reſpondeat: oſtendit qd iuris ſit de illis expẽſ que fiunt circa res em ptas de pecunia determiata cã negotiatoĩs: dicit ꝙ expenſe que fiunt in rebus illis dedu ci debent cum res ille videnť 7 de reſiduo ð bent decime pſolui quaſi de lucro ſꝫ expẽſe que fiunt ꝑ recipiẽdis fructibus illarum reꝝ non ſunt deducẽde: licet res ipſe ſint empte ð pecunia determiata qꝛ fructus illi ſunt illoꝝ qui faciunt ipſas expenſas ſalua decia 7 fru ctus illi alienari non poſſunt ſine onere deci marum. demũ reſpõdet ad qõem ꝓpoſitam dicẽs ꝙ expenſe que fiunt ꝓ reſtauratiõe mo lendinoꝝ ſiue piſcariaꝝ reꝝ: non ſunt dedu cẽde de ꝓuẽtibus decimãdis qꝛ reſidue pe nes dominũ remanẽt reſtaurate: vt ſi ps ali qua moriať armẽti deteriorer vinea portio mercis depeat vel clibanꝰ deſtruať. ¶ No. ꝙ expẽſe q̃ fiunt i negociatiõe deducuntur añ ſolutionẽ deciarũ. Itẽ res remãet cũ ſuo one re obligata. Idem.

Cum ↄtingat. In qbuſdã pro chijs qdã eccẽ 7 eccãſti ce pſone ab ãtiquo pceperũt deci mas: de nouo fiũt noualia i ꝓchijs illis. q̃ ritur ad quẽ decia iſtoꝝ noualiũ icipiat pti nere. rñt pa. ꝙ cũ pceptio deciaꝝ de iuř cõi ptieat ad ꝓchiales eccãs decie noualiũ q̃ fiũt i ꝓchijs earũdẽ ad ipas ptiere noſcũť niſi illi q ãtiquas decias pcipiant cãm rõna bili oñderit ꝑ quã decie noualiũ ad eos de beanť ptiere. No. ꝙ de iure cõi decie ptinẽt ad ꝓchiales ecc͡as. Itẽ vna eccã põt pſcri bere decias i ꝓchia alteriꝰ. Itẽ q pſcribit i vno caplo nõ pſcribit i alio. Idem.

Cum in tua Quedã mõaſteria 7 ↄuẽtuales eccẽ pcipiũt decimas maiores 7 minutas i alijs ꝓchijs. ſꝫ de q buſdã fructibꝰ annuati pceptis ſibi nõ fuerũt decie pſolute: qrit qs dẽat pcipe decias il loꝝ fructuũ. rñt pa. ſi fructus pdicti ꝓueniũt de illa terra de qua mõaſteria vł ↄuẽtuales eccẽ decias pcipiebãt eis decie illoꝝ fructu um debẽt dari cũ terra illa ab antiquo illiſ fuerit decialis qꝛ vna 7 eadẽ res non dꝫ du plici iure cenſeri: alioqui eccleſijs ꝓchiali bus pſoluantur ad quas de iure cõi ptinet ꝑ ceptio deciarũ. No. ꝙ vna eccã põt pſcribeř decias i alteriꝰ ꝓchia ꝙ hodie itelligẽdũ ẽ cũ hꝫ titulũ. Itẽ vna 7 eadẽ res diuerſo iu re cẽſeri nõ dꝫ. itẽ decie de iure cõi ptinẽt ad parrochiales eccleſias. Idem.

Dudum Inter epꝫ veſpri menſem 7 fřes hoſ pitalis hieroſolimitãi ſci ſtephani ſup quibuſdã decis qð vertebať: ptiꝰ pro pter hoc ĩ pñtia dñi pape ↄſtitutis datꝰ fuit eis auditor corã quo petiit eps decimaſ terrenaꝝ q̃ per ruſticos hoſpitalis pdicti in veſprimeñ. dioceſi excolũť: petiit inſup quaſ dam eccleſias que per ipſos hoſpitalarios detinentur: in quibus dicebat intentiõe ſuã de iure cõi fundatã. prior vero predictus in predictis decimis 7 eccleſijs pſcriptiõe all gãs: ꝓpoſuit ſuper his nõ teneri epiſcopo re ſpondere: auditor hoc, audiens ſignificauiť

illud do. pa. et ipe mandauit eidem: q idem prior ꝓbauit titulū pscriptionis quem allegabat ipe statim exhibuit priuilegia regis ac regine qui contulerunt eccām sancti stephani hospitali donationis titulo in ppetuam elemosinam ad quam dicte decime pertinebāt induxit etiam quoddam scriptum cōfirmationis. C. pape per quod ꝓbare volebat predictam cōcessionem valere ex parte epi fuit ꝓpositum q in decimis et ecclesiis donatis a rege et regina. prescriptionem allegare non poterat ps aduersa q̄ nō poterāt iniciū habere a donatiōe ipoꝝ nec a ɔfirmatione. C. tātum tempus effluxerat q possit pscriptio cōfirmari et sic talis titulus nō valebat immo vt dicunt canones sacrilegiū incurrit qui decimas vel ecclesias recipit de manu laicali do. pa. hiis omnibus ɔsideratis dicit q datores pdicti aliis ɔferre nō potuerūt q de iure non poterant possidere et p ɔfirmatōem clemētis sup eccā sancti stephani: et aliis ad ipsam ptinentibus factā hospitali iuri epi nō derogat̄ et si scriptū autenticū appareat. quare p hibet ne frēs hospitalis psumant vlterius impedire quo minus pdictus eps decimas percipiat antedictas: et pacifice possideat in futurum. ¶ Nota q eo ipso q ecclesie vel decime sunt in dioceß epi de iure ad eum pertineant. Item laici in alios transferri non possunt quod eis possidere non licet. Item si donatio nō valet cōfirmatio sup ea fcā nō valet Item si scriptū autenticū nō ondat ad transcriptū nihil fieri possit. Itē p hmōi ɔfirmatōes nō fit pīudiciū de diocesano epo. Idē

In aliquibus

In quibusdma regionibus q̄dam sunt gentes permixte: que fm ritus suas decimas nō soluūt licet cristiano nomine cēseant̄ quidam domini predioꝝ talibus psonis sua predia ɔmittant q absq3 nulla ɔtradictione cum integritate persoluant clericis ecclesiis quibus debentur et si necesse fuerit ɔpellant. In fine dicit q ille decime que debentur de iure diuino vel de loci ɔsuetudine ɔsueuit: approbate necessario sunt soluēde. Nota q decime non solum iure diuino sed etiā ap ꝓbata ɔsuetudine debentur

Idem.

Cum non

Quidā añ solutōem decimaꝝ ōducebāt de fructibus ōcimādis cēsus tributa et alias expēsas: cum ergo dñs in signū vlis dñii quodā spāli titulo sibi rsuauerit volēs ɔciliū eccāꝝ dispēdiis et aiarū piculis obuiare statuit q aliquā exactionē cēsuū vel tributoꝝ pcedat solutio deciarum: vel saltē illi qui sensus vel tributa inde cimata pcipiunt ɔpellantur ea decimare: quare res transit cū onere suo. ¶ Nota decimas p dioꝝ psoluendas anteq̄ deducātur expense Item res transit cū onere suo.

Idem

Nuper abbates

Abbates ordinis cistercieñ. habebāt priuilegiū de nō dandis de laboribus quos excolūt sumptibus suis. vnde grauiter ledebātur ecclesie cū ipe quotidie multas acquirerent possessiones: de quibus ecclesiis ōcime soluebantur ꝑpter quod dicti abbates ad ɔmonitionem concilii statuerunt vt de cetero fratres ipius ordinis emant possessiōes de quibus decimis debeantur ecclesiis nisi forte ꝓ monasteriis fundandis de nouo et si tales possessiones de quibus decime soluebātur eis fuerint collate: aut empte ꝓ monasteriis de nouo fundandis ɔmittant̄ aliis excolende: ne occasione priuilegioꝝ suoꝝ eccē vlterius aggrauent̄: pp quod statuit concilium: vt de alienis terris: et de hiis quas de cetero acquirent decimas ecclesiis soluunt qbus debentur: etiam si ꝓpriis sumptibus eas excolant: nisi cum ipsis ecclesiis amicabiliter duxerint componendum et hoc quod dictum est de cisterciensibus extendatur ad omnes alios qui habent similia priuilegia pcipit ɔcilium: ut eccāꝝ prelati ꝓmpti existant ad exhibendum pdictis priuilegiatis de suis ma

lefactoribus iusticie complementum et eorum priuilegia diligenter obseruent. Nota quod si priuilegium incipiat vergere in enorme detrimentum derogandum est vel in toto vel in parte.

Grego. ix.

Interdicimus.

Satis patet lfa huius.c.

De regularibus et transeuntibus ad religionem. Rubrica.

Unus Per se patet.

Siquis ante Statuit cōcilium maguntinū quod si aliquis infra legittimos annos religionē intrauerit sine cōsensu parentū suorum si parentes infra annū non reclamauerint ad papam vel epm: vel eius vicariū post annum ipm non potuerunt reuocare. Si vero post legittimos annos per vim religionē intrauerit et infra annū. nec ipse nec parentes eius reclamauerit ad pdcās personas postea exire non poterit cū psumat consentire. Nota quod ab inicio nō tenuit tractu temporis conualescit.

Ut clerici. Clerici qui fingūt se mōachos cōpellātur ut fiant monachi vel veri clerici.

Uidua si Si qua vidua spōte velū cōuersionis sibi imposuerit et in eccā inter alias velatas oblationē deo obtulerit: vlterius velit nolit religiōis bitū debet hēre: quāuis per sacrm firmare velit eo tenore velū sibi iposuisse: ut ipsum deponere possit. ¶ No. quod ipso facto psumitur quis monachus vel monacha. Itē mōstratur iuramēto alicuius in piudiciū voti ex quo apparuit ut monachus. Grego.

Iohānes Statuit papa quod mōachus de mōasterio ad mōasteriū temere nō transeat nec aūt mōachus peculiū hēat: et qui contra fecerit monasterio priori mo cōpetēti coertione adhibita. ¶ sequēs patet. Alex. iiii.

Non est nobis Mādat pa. piatis per galliam constitutus quod nō pmittāt recipi per epatus suos monachos vel cōuersos cisterciē. ordis: postquam fecerit in pfessionē sine licētia abbatū suorum et si aliquis contra hoc fecerit et monitus ad monasteriū suum redire. Idem

Ad nostram. Heremite de mōte sol quosdā pueros seduxerunt in tantū quod quidam suasionibus eorum cōsentientes stati religiōis bitū in suo mōasterio receperūt vnus eorum .t. nomie stati penituit et infra triduū inde exiuit et postmodū iurauit quādā accipe in vxorē. Sed illi heremite pmittebāt ipm illā ducere vt iurauit. significatū fuit hoc do. pa. vnde mādat ipse: quatenus si constiterit quod pfatus .t. ante .xiiii. ānū bitū ipm sine pbatiōe suscepit: et infra triduū deposuerit eū ab ipetitiōe dictorum heremitarum denūciet absolutū et eā quā iurauit accipiat in vxorem: si aliud nō impediat. ¶ Nota quod infra .xiiii. annū nō tenet votū. Item qui illectus bitū suscipit psumitur nō vouisse.

Super eo. Quidā Idē clerici susceperūt bitū religiōis eo aio ut ad seculū non redirēt et añ scām pfessiōem ad priorē statum sunt reuersi. qsitū fuit de hiis clericis vtrum sic remanere possint. Rñt pa. quod si austeritatē religiōis ad quā migrauerūt ferre voluerunt ad miorē religiōem cōpellēdi sunt trāsire: nec apli in ecclesiis secularibus debēt assumi nec contra votū suū venire pbetur. sed si añ suscepitū bitū posui in pbatiōe recedere voluerit ad priorē statū redire nō phibētur. ¶ No. quod qui bitū religiōis assumit sine pfessiōe et sine pbatiōe ad seculū redire nō pōt. vnde ibi manere debet vel ad mitiorē trāsire cōpellendus est. Idem

Sane. Quidā canonicus aromaceñ. pfessus ibidē ab eccā aromace. an fugit et a quodā abbate in mōachū ē receptus. qsitū fuit an debet ibi remanere. rñdet pa. epo abiañ. quod si locus ille vbi nunc est maioris religionis existit quam ecclesia aromaceñ. ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere per

mittat alioquin ad primā redire ꝯpellat eū dē. ¶ No. ꝙ de minore religiōe ad maiorē transire lꝫ ⁊ nō ecōuerso. Ideꝫ

Significatum. Qui dā. g. nomine infra. xiiij. annum ꝯstitutus timore magistri sui habitū religionis assumpsit ⁊ infra annū exiuit. ⁊ sic vagabūdus discurrit significatum fuit hoc domino pape. vnde mandat epo beluaceñ. quatenus si sciuerit ꝙ ille. g. non fuissꝫ oblatus a parentibus. ⁊ infra xiiij. annum a religione recessit ab illo voto quod fecit ipm denūciet absolutū: si vero a parentibus oblatum fuit aut quartūdecimū ānum ꝯpleuerit quando religionē intrauit siue post. xiiij. annum a se factum ratuꝫ habuit ꝯpellat eundē ad eandē religionem: vel aliam transire. ¶ Nota ꝙ votum ꝓfessionis infra. xiiii. annum factum nō tꝫ. Item votum quod ab initio non tenuit p ratambabitōeꝫ sequentē tꝫ. Clemēs. iii.

Cum virum. Que dā puella infra annos discretionis tradita fuit monasterio a parentibus ⁊ habitum religionis assumens benedictionem accepit q̄ accipiunt que velantur: postmodum de monasterio exiens cuidam militi se copulauit. Querit vtꝝ ad monasteriū rdire teneat. Rñdet pa. ꝙ fꝫ tollet. con. paterna donatio aut ꝓpria ꝓfessio monachum facit ⁊ quicunqꝫ istoꝝ fuerit obligatus erit: ⁊ ideo ad seculuꝫ redire non potest nec illa potest vlterius iuguꝫ ꝓfessionis reicere cū non contradixerit quādo benedictionem accepit: quam benedictionem tantum in etate discreta recipiunt q̄ velantur: ⁊ qꝛ etiam si contradixerit postmodū ratum habuit postea respondet tacite qōni: que possit fieri p decretum leonis pape a cōtrario sensu vbi dicitur puelle que non coacte pentum imperio: sed spōte virginitatis habitum sumunt non possunt deserere. ergo p contrarium sensum datur intelligi ꝙ si coacte suscipiunt ipm deserere possunt. Respōdꝫ papa ꝙ non obstat illud decretū ꝙ illud intelligitur de puella nubili que non cogitur sequi voluntatem parentum cū habeat liberū arbitrium in vouendo hic loquitur de illa que adhuc erat infra annos discretionis que adulta facta ꝓfessionem ferre vel q̄ si coacta fuit postea ꝯsensit. ¶ Nota ꝙ semel ꝓfessus in etate discreta vlterius ad seculum redire nō potest. Iteꝫ votū ꝙ ab initio non valuit tractu temporis p ratihabitionem tenet. Item argumentuꝫ a ꝯtrario sensu validū ē dūmō in eundem casum fiat: sed hic erat diuersus casus. Idem.

Porrectum. Qui dā canonicus acarōtinus Jo. noīe votum emisit vt fieret monachus in infirmitate cōstitutus. Ipe vero timēs ne voto nō ꝯpleto decederet iūctis māibus tradidit se abbati in monachū ⁊ in fratrē. Querit an talis ꝯpellēdus sit ꝯplere ꝯpromissum. Rñdet pa. ꝙ cū monacū faciat nō hitus sed ꝓfessio regularis talis ꝯpellēdus ē ut fiat monachus ⁊ reddit domino q̄ ꝓmisit ex quo votū emisit ⁊ abbas ipm recepit. Nota ꝙ ꝓfessio sola sine habita monacū facit. Itē ꝙ votū facitur fiat monacū ꝯpellēdus ē ut reddat dn̄o qd ꝓmisit alias saluri a nō poterit. Celestinus. iij.

Cum simus. Qui dā miles b. noīe secū filio suo. ifra. xiiii. annum ꝯstituto ad quoddā monasteriū cū bonis suis transtulit: ⁊ dictum filium suuꝫ fecit habitum suscipere monachalem. Sed cum ipi puero displiceret monastica disciplina infra modicum tempus a monasterio recessit: ⁊ bona paterna cepit cum instantia postulare. sed abbas dicebat ꝙ nō erat audiendus cum tpe sue oblationis extiterit maior. xiiii. ānis. Consultus pape respondit ꝙ si dictus puer ad annos discretionis peruenerit ⁊ habitum retinere voluerit manachalem non est ad hoc vllatenus compellendus: quia tunc liberum sibi erit habitum ipsum dimittere: ⁊ paterna bona que ipm ex successione contingunt poterit postulare. Nota ꝙ pater rligione intrando filiis legittimā portionē reseruare

ad minus tenetur. Jnno. iii.

SJcut tenor. Quidā sacerdos dūz in infirmitate grauissima laborarz: ita ꝙ extra se positus desperabat de vita p̄nti indut⁹ fuit habitū monachalē ⁊ ad monasteriū deportatus: tandem ꝯualuit ⁊ habitū dimisit ⁊ d̄ abbatis lnia de monasterio recessit. do. pa. ꝯsultus: quid essꝫ huic faciendū sacerdoti. R̃ndit ꝙ ista duo inter se repugnantia vid̄antur sit extra se positus ⁊ de presenti vita desperꝫ tamen si eo tempore quo positus extra mētem asserit̃ indutus fuit habitū mōachaleꝫ cū tūc nō consentiat ip̄m denūciet absolutum obƧuantia regulari nisi postquam sane mētis fuit ꝓfessionez fecerit spontanea voluntate. ¶ Nota ꝙ q̄ ē alienat⁹ a mente non obligat̃ cum nō ꝯsentiat nec valeat dissentire tanq̄ꝫ dormiēs. Jdem.

AD apostolicā Singularis instō ꝓhibꝫ monachū fieri ante vni⁹ āni ꝓbatōem. verūtamē quidā añ tp̄s illud aut etiam statim faciūt professiōem que r̃cipitur ab abbate. Queritur vtꝝ tales monachi sint censendi. R̃ndet papa lꝫ tempus ꝓbatōis vnius anni a sanctis patribus sit statutū tam in fauorem ꝯuertēdi q̄ꝫ monasterii: tamen si ante tempus ꝓbationis ille qui ꝯuerti desiderat habitum recipit ⁊ professionem faciat abbate per se alium habitum concedente ⁊ professionem recipiente vtrique iuri suo renunciare v. detur quod per se noscit̃ introductum: ⁊ ideo mōach⁹ ē cēsurus qꝛ multa fieri ꝓhibent̃ q̄ f̃cā tñ manēt. Jn fine ꝓhibꝫ abbatib⁹ ne passiꝫ añ tp̄s ꝓbatōis quoslibꝫ ad ꝓfessiōem recipiāt: ⁊ ꝯtrafecerint puniant̃. ¶ Nota ꝙ regulare ē ut añ vni⁹ anni ꝓbatōem nullus in monachū vel r̃gularem canonicū r̃cipiatur Jtem q̄libet r̃nunciar̃ pōt iuri quod ꝑ se noscit̃ītroductū. Jtē multa fieri ꝓhibent̃: facta tamē obtinent firmitatem. hec r̃gula locū hꝫ in hiis que nō hn̄t ꝑpetuā ꝓhibitionē: quia nō cauetur in prohibitōe: qḋ si factū fuerit ñ valebit. Jdem.

SJcut nobis Quidā cleric⁹ nimia egritudine laborans quasi de morte securus ⁊ de r̃cupanda sanitate desperans habitum manachorum regularium petiit ⁊ accepit: sed ad eccām nō trāsiuit nec bonis suis uti postposuit videntibus ⁊ scientibus ep̄o ⁊ canonicis ecclesie nasarensis a quibus habitum suscepat r̃gularē. Et cū ꝑ multa tp̄a seculariter se habuerit quesiuit ep̄s vtꝝ appellendus esset sūmere r̃gularem habitum. R̃ndit papa ꝙ si peciit ⁊ accepit ⁊ ꝓfessionem fecit compellendus est ut habitum regularem assumat: nec ꝓdest illi ꝙ tanto tempore extra canonicā manserit: immo in augmentum transgressionis ipsius potest merito allegari. ¶ Nota ꝙ ꝯtra votum nō p̄scribit̃. Jdem.

LJcꝫ quidam. Quidaꝫ monachus sine licētia prioris sui transiuit ad ordinē cistertieñ. prior ⁊ fratres molestabant eū dicendo ꝙ sine licentia ñ potuit ꝓpriū monasterium deserere. ꝑuenit hoc ad noticiaꝫ domini pape. vnde ip̄e suꝑ hoc scribit priori ⁊ fratribus dimoliñ. a q̄bus monachus p̄dictus cessit dicens licet quibusdam regularibus a sede apostolica sit ꝯcessum: ut postq̄ꝫ apud eos ꝓfessus fuerit ad aliū locū ip̄is inuitis etiā cā maioris religionis transire non possit. Sed hoc ea ratione fuit illis concessum ne quis ex temeritate vel leuitate in iniuriam sui ordinis ad alium possit ordinem se transferre. non ꝙ debet e licentia denegari: qui cum humilitate eam duxerit postulādā qui ergo taliter a suo prelato licentiaꝫ postulauerit ex lege priuata que legi communi p̄iudicat absolutus ad artiorem religionem: libere poterit se trāsferre non obstante indiscreta contradictione prelati quia puilegiū meretur amittere. qui ꝑmissa sibi abutitur ꝑtāte. vñ nouerūt vniuersi qb⁹ hoc priuilegium fuerit ꝯcessuꝫ se teneri talr̃ postulātibus trāseūdi lniam ip̄tiri: quia sicut subditus

licētiam a suo p̄lato postulare tenet᷑: sic p̄latus sine difficultate tenet᷑ subdito licētiam indulgere illud regulariter ē obseruandum: ut nullus ep̄s sine licentia roma. po. p̄sumat deserere p̄sulatū: quia sicut maius bonum minori bono preferetur. ita cōmunis vtilitas sp̄ali vtilitati p̄fert᷑. Mandat ergo papa p̄dictis fr̄ibus quatenus p̄dictum monachum qui de puro corde ꝛ ɔsciētia bona ad ordinē cister cieñ. trāsiuit vlterius nō molestent. ¶ Nota ꝙ qui lege priuata ducitur a lege cōmuni exemptus ē. Item sicut subditus tenet᷑ p̄lato ita prelatus tenetur subdito in hoc cān: Itē ep̄us sine licētia pape ñ deb₃ ep̄atū dimittere. Item cōmunis vtilitas p̄fert᷑ priuate vtilitati. Item petita licentia prelati licet non sit concessa potest ad artiorem q̄ſ rligionem transire: quasi ab ipius lege so. utus. Idē.

Veniēs Quedam mulier ɔtraxit matrimonium cum quoda₃ viro in facie ecclesie ꝛ diutius cohabitauit eidem: tandem orta fuit discordia inter eos ex eo ꝙ vir dicebat se quandam amitam ipsius mulieris: anteq̄ eam ducer₃ cognouisse. Sed de hoc non fuit ecclesie facta fides. vnde cōtingit ꝙ vterq₃ illoꝝ iurauit ꝙ alterum nō requirer₃ ꝛ postmodū ad secūda vota trāsiuit vterq₃ uiro secundo de medio sublato mulier uiro priore uiuente ad agēdū pnia₃ quoddā monasteriū intrauit postulans sibi ɔciliū salutare ipendi. papa vero ɔsiderās ꝙ iuramentū illud illicitū fuit. Mandat quibusdam quatenus prefatum viru₃ moneant ꝛ ɔpellāt. ut illā quā sup idux it dimittit ꝛ vxorē suā recipiat auditur is postmodū si qd fecerit qōis: ꝛ si ɔtra matrioniū nihil fuerit ꝓbatū si vir ad religionē transire voluerit ei lui am tribuāt trāseūdi ut ꝛ illa mulier i suo ꝓposito possit remanere. ¶ Nota ꝙ iuramētū ɔtra matrimoniū illicitū ē ꝛ iō nō s̄uandū. Ide₃.

Consulti Aliqs intrauit mōasteriu₃ bitū sumendi nouicij. Querit᷑ vtꝝ ifra tēp⁹ ꝓbatōis ante factā ꝓfessionē licite possit ad seculū redir᷑ sup hoc diuersi diuersa dixerūt. Inno. tū distinguit᷑ vtꝝ ille q cōuertit᷑ ꝓposuerit absolute seculū mutare vt in habitu regulari deo de cetero famulet᷑ vl᷑ regularem obs̄uantiā expiri: ut ita demū si sibi placuit ꝓfiteat᷑ ordis disciplinā: aut si forte sibi displicuerit ad seculū reuertat᷑: In primo cāu saltem ad laxiorē regularē transire tenet᷑ ut r̄gulariter viuat. In secūdo vero casu pōt ad seculū redire. vbi ergo appeat q̄ fuerit ei⁹ intentio ab initio ꝓpositū ꝛ intētoe₃ ꝓtestet᷑ hāc intellige s̄m illā. ifra. c. pe. Idem.

Postulasti Aliq in fra quartū decimū ānū assupserit bitū nouicioꝝ p⁹modū ifra ānū añ factā ꝓfessiōem ad suas eccā̄s sunt r̄eursi: q̄rit᷑ vtꝝ ibi dēant tolerari. Respōdet papa ꝙ pp hoc nō sunt a suis ecclesijs āmouendi. Nota ꝙ q bitū nouicioꝝ assumūt infra annū put r̄dir᷑ ad pristinū statū nisi fecerit ꝓfessionē. Idem

Ex parte Quidā sūt q cū plib⁹ ānis portauerūt bitū monachalē: tñ ꝓfessionē monasticā nō fecerūt. Cū isti postmodū arguunt᷑ sup eo qd̄ ꝓpriū hñt ꝛ irregul'r viuūt dicūt se nō teneri ad carētiā ꝓprij nec ad ɔtumaciā: cū bitus nō faciat monachu₃ sed ꝓfessio r̄glis. significatū fuit hoc do. pa. vñ mādat ep̄o loci q̄ten⁹ quoslib₃ sibi subiectos q p̄dcō mō duab⁹ vījs igredi nitunt᷑ cōpellat p cē. ecāsticā ut postq̄ p ānū bitū gestauerit mōachale₃ r̄gulr̄ formā ordis ꝓfiteātur ꝛ obs̄uēt. No. ꝙ p ānū portat bitū mōachalē p̄sumit᷑ mōach⁹. vñ ɔpelli dēat ut ꝓfiteat᷑ r̄gulā illi⁹ ordis. Grego. ix.

Statuim⁹. Statuit᷑ i. c. isto ꝙ nouicij i ꝓbatōe pōiti liber᷑ pñt ad priorē statū r̄dir᷑ ifra ānū āteq̄ suscipiūt bitū q dari ꝓfitētib⁹ ɔsumit vl᷑ añ ꝓfessiōe₃ emissa₃: nisi appareat euidēter ꝙ tales voluerit vitā mutare ꝛ i r̄ligōe dn̄o ꝑpetuo s̄uir᷑ ꝙ licitū ē cuilib₃ r̄nūciare iuri suo statuit insup ad omēm abiguitatē tollēdū ꝙ cum in qbusdā locis r̄ligiosis habitus nouicioꝝ non distinguatur

ab habitu ꝓfessoꝝ tempore ꝓfessionis bene dicantur vestes que ꝓfitentibus concedātur ut per hoc habitus nouitiorum discernatur ab habitu professorum. Nota ꝙ nominans in ꝓbatione positi infra annum libere pñt r̄dire ad seculum: nisi expresse appareat ⁊ cui denter quod voluerunt vitam mutare. Jtē dr̄ia debet esse inter habitum nouitioꝝ ⁊ bitum ꝓfessorum que in benedictione vestium ɔsideratur. Jdem.

D e religiosi. Cum plati corrigere teneantur subditoꝝ excessus ⁊ oues vagabundas reducere ad ouile ne sāguis eorum de suis manibus requiratur statuit papa gregorius vt presidentes capitulis celebrandis ſm statutum concilij generalis: siue abbates aut priores requirūt fugitiuos suos ⁊ eiectos de ordine suo sollicite annuatim reducendo eos ad claustruз: ne vagabūdi discurrant in animaꝝ suarum periculuз ⁊ si in monasteriis suis r̄cipi possunt compellantur abbates seu priores eoꝝ ut eos recipiant saluo ordinis disciplina: si autem r̄gularis ordo hoc non patitur. ꝓuideāt vt apō eadem monasteria in locis competentibus: vite necessaria talibus si absqз graui scādalo potest fieri ministrentur alioquin in aliis domibus eiusdem ordinis ꝓuidentur eisdē si autē ⁊ isti fugitiui inobedientes extiterint excōmunicentur ⁊ tā diu ab eccāꝝ prelatis excommunicati publice nunciētur donec ad mandatum suoꝝ prelatoꝝ humiliter reuertantur. ¶ Nota monachos vagabūdos reducendos ad monasteria sua ne damnabili tervagentur. Alex. iii.

De cōuersione ɔiugatoꝝ. Rubr.

P reterea Quidā laic⁹ presentibus sacerdotibus ⁊ monachis ignorante epō de licētia ⁊ ꝑmissione vxoris monasteriū intrauit ⁊ ꝓfessioneз fecit vxoris in seculo remanente nec transeunte ad religionē aut continentiam vouente. Queritur vtrum laicus ille possit ab epo suo ad thoꝝ vxoris reuocari de monasterio an illa debeat compelli ad continentiam obseruandum. R̄ndз papa ꝙ vir potest ⁊ debet de monasterio reuocari nisi vxor ad religionem transierit aut castitatem ꝑpetuam suare ꝓmisit: nisi sit illius etatis: ꝙ siue suspitione possit in seculo remanere. ¶ Nota ꝙ alter cōiugū non potest ad religionem transire altero in seculo remanente cum sint iuuenes. Jdem.

V erum post Dicitur hic: ꝙ si aliqui per consensum mutuum de presenti matrimonium contraxerint ante quam sint carnaliter coniuncti potest alter r̄ligionem intrare altero inuito: sicut quidam sancti de nupcijs vocati fuerunt: ⁊ ille qui remanserit in seculo poterit matrimonium cōtrahere cum nondū sint vna caro effecti. Jdem

Q uidam intrauit. Quidam intrauit monasteriū inuita vxore coactus ē eā rediret tandē mortua ē illa. Queritur vtrum debeat cōpelli ad monasterium reuerti an possit aliam accipere i vxorem. Respondet papa ꝙ votuз nō tenuit. vnde rōe voti ad monasteriū non tenet̄ redire: tamen vlterius non poterit vxoreз accipere: quia ꝓmisit se non exigere debitū carnis quod fuit in eius potestate ⁊ q̄tū ad hoc tenuit votum: sed nō reddere nō erat in ptā te viri: sed vxoris. vnde apostolus. vir nō hз potestatem corporis sed mulier ⁊ econuerso. ¶ Nota ꝙ alter cōiugum altero inuito ad religionem transire nō pōt. Jdē.

C um sis Precipit pa. epō exon̄. ne in episcopatu suo ꝑmittat virum vel vxorem ad religionem transire: nisi vterqз ad religionem migrauerit: tamē si vxor est. ita senex ꝙ sine suspitione possit in seculo remanere dissimilare poterit: vt in seculo r̄maneat. castitate ꝑmissa: ⁊ vir poterit ad religionem transire. Capi. sequens pз. Jdē.

S ane si Si ɔiugati ordiare voluerint: volūtas

vxoris prius debet requiri ⁊ obtineri vt di citur in precedẽti.c. ꝓhibet etiã ne vxoratus possit in epm̃ ꝓmoueri nisi vxor sua ꝯtinẽtiã ꝓfiteatur ⁊ intret religionẽ sacrã veste3 assu mẽdo. Jdem.

Ex publico Inter a. virum ⁊.m. mulierẽ qõ matrimonij verte batur que fuit cõmissa epo veroñ. qui p mo nasterio sniã3 ꝓmulgauit pcipiẽs mulieri ut ad virũ rediret ⁊ ei ꝯiugalẽ exhiberet affec tũ quod cũ facere nollet fuit excõicata s3 illa se virginẽ asseuerãs dicebat se velle religio nẽ intrare significãs dño pape. vide mãdat epo brixieñ. quatenus si predictus vir eam carnaliter nõ cognouerit ⁊ illa ad religionẽ trãsire voluerit absoluat a snia excõicatiõis recepta prius sufficiẽti cautiõe ab ipa ꝙ de beat ad religionẽ trãsire vel ad virũ suu3 re dire infra duos mẽses: ⁊ si ad religionẽ tran sierit vtriq3 restituat alteri quod ab eo rece pit. Jn fi. rñdet tacite qõi q̃ possit fieri aucto ritate euãgelij q̃ dicitur nõ licet alicui dimit tere vxorẽ excepta cã fornicatiõis. illud itel ligendũ est de his quoꝝ matrimoniũ carna li copula cõsumatũ ẽ. Nota ꝙ semp ante car nalẽ copulã põt alter cõiugũ religiõem itraꝛ altero in seculo remanente ⁊ cõtrahere si vo luerit. Jdem.

Exoratus Lr̃a ista p se p3 ⁊ idẽ dꝛ ꝙ in.c.cũ sis. Urbanꝰ.iij.

Ex parte Quidã.d noie in infirmi tate positus vxore sua ꝯsentiẽte uo tũ castitatis emittẽs suscepit hitũ monacha lẽ ⁊ postmodũ liberatus vxorẽ suã retinuit ⁊ ea defuncta aliã supduxit: querit vtrũ cu3 ea valeat remãere. rñt pa. l3 ille.d. ad religi onẽ de iure nequerit pficisci vxoꝛ i seculo re manẽte: ea tamẽ sublata de medio votũ suũ violare nõ potuit: vnde mãdat quatenꝰ si ue rũ est ꝙ asserit predictus.d. cõpellaꝛ p excõi cationẽ ut mulierẽ illã dimittat ⁊ ad suũ mo nasteriũ reuertaꝛ decetero in habitu regula ri moraturus. Clemẽs.iij.

Consuluit Quidã ꝯsenciente vxore sua trãsiuit ad religionẽ: tan dem uxor illa mortua est: quesitũ fuit vtrum possit hitum secularẽ reassumere ⁊ aliã duce re in uxorẽ. vel si ductã sibi liceat retiere. re spondit pa. ꝙ predictus uir nec hitum que3 assumpserit abiiicere põt nec aliquã sibi per matrimoniũ copulare: ⁊ si ꝯtraxerit mrĩmo niũ ipm est dirimendũ. Nota ꝙ sufficit vxoris lnia ad hoc ut votũ teneat vt colligi tur hic. Jdem.

Carissimus Uxor regis lue nie graui ifirmitate depssa ꝯtinẽtiã vouit vir suus ad ips voto ꝯtinẽtie ꝯsensit. ipsa post modũ liberata viro suo adherere mrĩmoni aliter recusabat. vnde rex petijt a papa sibi super hoc ꝓuideri ⁊ cõpelli vxorẽ sibi matri moniali adhereꝛ affectu. mãdat pa. qbusdã quatenus si inuenerit vxore3 regis predicti graui infirmitate detẽtã continentiã vouisse maxime si idẽ uir nõ uouit ppetuã ꝯtinẽtiã predictã dñam uiro suo faciant adherere ⁊ utraq3 adinuicẽ maritali affectu tractare. Nõ. ꝙ vir ⁊ uxor pari cõsensu pñt conti nentiã vouere als alter sine altero vouere ñ potest. Jdem.

Placet Quedã mulier credẽs maritũ esse mortuũ habitũ religiõis assumpsit. tãde3 eo reuerso de monasterio educta fuit viro suo postmodũ defũcto. queriꝛ utrũ cõpellẽda sit ad monasteriũ redire. respõdet pa. ꝙ votu3 suũ ñ tenuit oio tñ in tãtũ tenuit quatenus si potuit obligare itrãdo mõasteriũ ꝓmisit se ñ exacturã ulterius debitũ carnis ꝙ erat i eiꝰ potestate redire uero ad seculũ nõ erat i eiꝰ ptãte s3 mariti: ⁊ iõ quo ad se votũ tenuit ⁊ post obitũ viri tenere nõ desint: cũ ad casum deuenerit i quo efficax potuit hr̃e pricipiu3 tamẽ saluti sue meliꝰ ꝓuideret si ad mõaste riũ rediret. si vero ad hoc iduci nõ poterit ñ est ad hoc cõpellẽda. Jtẽ nota ꝙ votũ ꝓ pte nõ tenet. Jtẽ licitũ ẽ cuilibet iuri suo renũcia re.h. iuri alterius siue i preiudiciũ alterius

nemo renūciare pōt. Inno. tertius.

AD apostolicā
Idē dr̄ hic q̄ dictū est supra. e. c.
cum sis.

EXparte Quedā mu
lier corā duobus abbatibꝰ velū viduitatis
assumpsit cū celebratiōe misse a cletāia sicut
moris est. post hoc quidā nobilis propōebat
se mulierē illā mediātibus internūcijs p uer
ba de p̄senti despōsasse: mulier illa ɔfitebat̄
se cōsensisse i illū sed qꝛ audiuerat illū lepra
p̄missum nolebat sibi vlterius adherere. q̄re
batur utrū hmōi ueli susceptio matrimoniū
īpediat inter eos. rn̄t pa. lꝫ uideat̄ q̄ ex quo
mr̄imoniū cōtractū est īter p̄sonas legitīas p
uerba de p̄n̄ti in nullo casu possit illis uiuen
tibus dissolui ut altero uiuēte alter possit ad
secūda uota trāsire etiā si unus fideliū fieret
hereticus: nisi forte secus fieret ex reuelatiōe
diuina. sicut de q̄busdā scīs legit̄ eē factū. tn̄
papa nō vult declinare a vestigiis antecesso
rū suoꝝ qui dixerūt q̄ anteq̄ꝫ matrimoniuꝫ
sit p carnalē copulā ɔsūmatū licitū est alteri
coniugū reliquo incōsulto ad religionē trāsir̄
⁊ alter poterit alteri copulari. ⁊ hoc idē pa.
consuluit obs̄uandū in cāu p̄missō quāuis
falsa sit cā p quā mulier p̄dicta ad veli sus
ceptionē fuit iducta: qꝛ ⁊ sine qualibꝫ tali cā
mulier p̄pter religionē id facere potuissꝫ: ve
rūtamē lꝫ mulier illa uideat̄ religiōis hītum
assumpsisse i veli susceptiōe: tn̄ si uelit in do
mo p̄pria remanere quasi f̄m naturā p̄posi
tū religiōis cōpelli dꝫ ad mr̄imoniū ɔseruā
dū nisi voto solēni se astrixit ad obs̄uātiam
regularē in quo casu cōpellēdus ē religiōis p
positū adiplere. Nota q̄ anteq̄ꝫ mr̄imoniūꝫ
sit carnali copula cōsumatū alter ɔiugū pōt
altero inuito ad rūligionē trāsire al's cōpelli
debēt insil' p̄manere. Idem.

COnstitutus Quidā ac
colitꝰ. b. noīe quādā puellā duxit
in facie eccē in vxorē ⁊ eaꝫ carnaliter cogno
uit tādē orta ē discordia inter illū ⁊ amicos
puelle quare fuit alij copulata ⁊ dictus aco
litus fuit vsqꝫ ad gradū sacerdotij ordīatus
⁊ tādē habitū ordīs cistercieñ. assūpsit. dubi
tauit iste. b. an licite possit in suo p̄posito re
manere accessit ad papā exponens sibi p̄dic
ta. vn̄ mādat diocesano epō quatenꝰ si res
ita se hꝫ predictā mulierē cōpellat vt ab illo
recedat cui p adulteriū fuit copulata nec p̄
dictū monachū īpetat quo minus votū suūꝫ
valeat adiplere. Nota q̄ si vxor alicuius
publice adulteratur vir licite postmodū pōt
p̄moueri ad ordīes. hoc itellige vbi pꝰ adul
teriū cōmissū eā nō cognouit. Idē.

VEniens Quidā cōiu
gatus noīe. L.
p̄posuit mōasteriū ītrare p̄n̄tibꝰ pluribꝰ sa
cerdotibus īstetit apd̄ uxorē suā ut sup hoc
suum p̄staret assensuꝫ asserens q̄ nisi hoc tā
sibi q̄ꝫ toti mūdo redderet se īutilē: ⁊ sic illa
tā p̄cibus ipsius q̄ꝫ alioꝝ ⁊ fletibus deuicta
caput illius spōte altari supposuit māu suā:
⁊ ea p̄n̄te ibidē extitit tōsuratꝰ: ⁊ postmodū
finito tp̄e p̄batōis fecit p̄fessiōeꝫ illa ī seculo
remanēs ī hōestos amatores admisit. dictꝰ
l. timēs ne factū illius sibi possit īputari: ac
cessit ad papā exponēs sibi predicta. vn̄ mā
dat pa. epō pictauieñ. ⁊ cuidā abbati quate
nus si ita ē p̄mittāt libere p̄manere ī mōaste
rio qd̄ intrauit quāuis mltū deliquerit q̄ ip
se maliciose asseruit q̄ nisi illa ɔsentiret taꝫ
sibi q̄ꝫ toti mūdo redderet se īutilē ⁊ qū roga
uit p̄bros ne mulieri p̄dicte expōeret q̄. ipaꝫ
seculū reliquere oporteret sibi lniam daret
viro: tn̄ ex quo caput viri altari supposuit: ⁊
postmodū nō ɔtinuit ip̄m vlteriꝰ reuocare ñ
poterit cū p exceptōem fornicatōis possit re
pelli: maxie cū anteq̄ꝫ fuerit fornicata ip̄m ñ
repetijt. No. q̄ dolus ī sp̄ūalibꝰ nō rescidit ɔ
tractū nisi mulier nō ɔtieat: secꝰ si ɔtinuisset:
vt i. c. se. Itē postq̄ꝫ alter ɔiugū publice for
nicat̄ alter pōt religōeꝫ ītrar̄ altero inito. idē

ACcedēs. Quidā ɔiugatus
uolēs assumere hītū mōa
chalē: petijt ab uxore sua ut super
hoc suū p̄staret assensū q̄ pp multa uerba et
alia grauamia q̄ iserebat eidē dicēs q̄ ip̄am
dimitteret ānuit volūtati ipsiꝰ: ⁊ sic uir ille

bitū cistercieñ. assūpsit: ⁊ mulier domū q̄rū
dā monialiū intrauit nullo bitu assūpto uel
uoto ꝯuersiōis emisso: tādē uir ille bitum di
misit ad seculū redeūdo: mulier stati petijt il
lū sibi restitui pp hoc ad pa. accedēs: vnde
mādat qua. si ita ē vir cōpellat̄ eā recipere ⁊
ei exhibere ꝯiugalē affectū. No. ꝙ lnia frau
dulenter extorta nō ualet ut uir possit mona
steriū intrare. Honorius. iii.

Significauit. Quedā muli
er. a. noie corā decāo
scī quirici fungētī vice archiepī senonē. ꝺdit
lniam uiro suo religionē itrādi uoto ꝯtinētie
sibi iūcto ⁊ recepta fide ab ipsa ꝙ ppetuo
cōtinētiā fuaret ⁊ sic vir pfessionē fecit: deca
nus uero post factāꝗfessionē a uiro dicebat
ꝙ mulier illa debebat religiōez itrar̄: sz illō
primo sibi nō expssit qō si expssū fuisz viro
lniam nō dedisset: sed decanus ad hoc com
ponebat eandē: vn̄ mulier illa hec oia signi
ficauit dn̄o pa. vnde mādat qbusdā quate
nus si ē ita ⁊ mulier talis etatis existat de q̄
suspitio nō possit hr̄i ꝙ nō pmittāt illā ꝯpel
li religionē itrare votū cōtinētie obſuatē.
¶ No. ar. ꝙ si mulier dat lniam viro religiōez
itrādi si iuuēis est dz cōpelli vt ipsa sitr̄ reli
gionē intret alioqui sufficit lnia cōtinētie vo
to remisso. Grego. ix.

Gaudemus. Aliq̄ mulie
res ꝯdēnate sūt ꝺ ad
ulterio ppter qō a viris suis sūt relicte. dr̄
ꝙ si ad frugē meliozis vite ꝯuerse fuerint si
mariti earū cōmoniti eas recipe noluerit in
monasterijs cū religiosis mulierib⁹ dn̄t pōi
vt pniam ibi agāt. No. qualiter mulier de
adulterio crimīalr̄ ꝯdēnata sit puniēda. idē.

Dudum. Inter. C. laicū et
J. vxozē mr̄imonij
qō vertebat̄: datus fuit ei coadiu
toz corā auditoze petebat dict⁹. c. vxozē suā
sibi restitui cū qua cōtraxit p verba de p̄nti
carnali copula subsecuta: ad qō ex pte muli
eris fuit rn̄sum ꝙ p aie sue remedio spōtāea
volūtate p̄ntib⁹ duob⁹ sacerdotib⁹ ⁊ testib⁹
adhibitis renūciauit oi iuri ꝙ hēbat in ipsa
resignādo illud i manibus alteri⁹ sacerdotis

pmittēs se castitatē fuatuꝝ de nouēdo se ho
spitali de pōte voto solēni ⁊ ipsi dedit lniaz
religionē itrādi cōuersa vice ipa dedit ei licē
tiā sibi mō: ⁊ resignauit oē ius qō hēbat i ip
so p̄nt oia ista ꝯtinebātur i publicō istro. ve
rū p̄dictus. c. pposuit ꝙ instr̄z illud mutatū
fuerat qꝛ cū cāu amissū fuisz illō qō fuerat
prius in tertia psona mutatū fuit postea in
prima ⁊ plus i vno q̄ i alio cōtinebat̄ insup
ppōebat ꝙ qdam deceptozie ipm allexerūt
pponētes eidē ꝙ i hospitali p̄dicto cibis ad
volūtatē suā posset vti ⁊ ꝙ ardozē libidinis
ibi extinguere possit ⁊ sic seduct⁹ irat⁹ ⁊ ille
ctus: nō dz sibi obeē ꝙ i hac pte dr̄ fecisse sz
ad predicta sic fuit respōsū qō nō nocet an
instr̄m loquat̄ in prima vel tertia psona: dū
mō veritas nō mutet̄. ptcrea quāuis aliq̄n dī
cto. C. spes data fuisz tū eo tpe quo p̄dicta
facta fuerūt pure simplr̄ ⁊ ppzia voluntate
ea noscit̄ fecisse: vn̄ cōpelli debat vitā muta
re. dn̄s pa. sup his bito cōsilio cū frib⁹ suis
mulierē predictā ab ipetitōe dicti. C. absol
uit ppetuū silētiū iponēdo eidē. Nota ꝙ vir
⁊ mulier se ab oi iure ꝙ alter hz i alteꝝ ab
soluere p̄nt ⁊ religiōez intrar̄. Jtē nō refert
diuersitas narrādi vbi eadē dicūt̄. Jtē do
lus i sp̄nalib⁹ nō rescidit ꝯtractū qꝛ nō fit cō
ditio illi⁹ p talē dolū deterioz. Idem.

Mulier que. Aliqs ꝯiu
gatus trāsiuit
ad ifidelitatē vxoze sua remanēte
i fide: ppter qō illa fuit a viro iudicio eccē
sepata. vir reuersus ē ad fidē: vir eā repete
bat ipa nolebat redire ad eū sz potius religi
onē intrare. q̄rit̄ vtꝝ possit ad religionē tran
sire eo inuito. ⁊ r̄ndetur ꝙ pōt sz si nollet reli
gionē intrar̄ dz cōpelli redire ad virum.

De cōuersiōe ifidelium. Rubzica.

Laudabilem. Quidā sarracēi erāt i capti
uitate cristianoꝝ ⁊ iterfece
cerūt viros quarūdā mulie
rū xp̄ianoꝝ isidiis ⁊ machiatiōib⁹ ipsarum
postea ipsi sarracēi p mulieres illas ad fidē
xp̄ianā sunt ꝯuersi. queritur vtꝝ de iur̄ illas

possint accipe in vxores. ⁊ si eas duxerit an
tale ↄiugiũ teneat. rñt pa. ꝙ ista qȯ determi
naṙ p ↄ. tribuerẽ. i quo diciṙ ꝙ si i morte ipo
rũ maliciose fuerit machiate quãuis eaꝝ stu
dio ad fidẽ ↄuersi fuerit ↄtraheṙ nõ debẽt: ⁊
si ↄtraxerint nõ sũt tollerãdi qꝛ tale dãnũ cũ
tali lucro cõpẽsari non debet.

¶ Ad hoc. Quidã sarraceni iterfecerũt
quosdã xp̄ianos i bello: qdã xp̄iani quosdã
sarracenos siľr interfecerũt i bello. postea ue
ro sarraceni illi ad fidẽ ↄuersi sũt ⁊ ↄtraxerĩt
mr̃imoniũ cũ vxorib⁹ illoꝝ quos i bello iter
fecerũt: ⁊ xp̄iani ↄtraxerũt cũ mulierib⁹ con
uersis ad fidẽ illoꝝ quos in bello interfecerĩt
mulieres iste postq̃ȝ itelligũt veritatẽ de mor
te prioꝝ viroꝝ diuortiũ petũt: q̃riṙ qd iuris
sit. Rñt pa. ꝙ cũ tales nõ ꝑcurauerũt mortẽ
viroꝝ mr̃imoniũ iter hmõi ꝑsonas licite põt
ↄtrahi. nec debẽt aliquatenus separi cũ hic
cã illa nõ subest ꝑꝑ quã debẽt separi.

Gregorius nonus.

EXlitteris. Quidã iu
deus ↄuersus ad
fidẽ vxore sua in iudaisme relicta petebat in
iudicio ut eoꝝ filius qua decim⁹ assignareṫ
eidẽ p ip̄m ad fidẽ quã susceꝑat ꝑducẽdus.
mulier rñdebat ꝙ cũ puer ĩfans existerȝ ma
gis mr̃ nõ indiget solatio quã pr̃no q sibi an
te ꝑtũ fuerat onerosus ⁊ doloros⁹ ĩ ꝑtu ⁊ p⁹
ꝑtũ laboriosus. vnde poti⁹ ltia ↄiũctio uiri ⁊
mulieris dṙ mr̃imoniũ quã pr̃imoniuȝ: ⁊ iõ
apud ipam debebat poti⁹ remaneṙ. q̃situm
fuit a pa. qd iuris eẽt: cũ filius in ꝑtãte pr̃is
ↄsistat cuius familiã seqtur ⁊ nõ mr̃is: ⁊ i ta
li etate apud suspectas ꝑsonas aliqs remãe
re nõ debeat: q̃ vite ipi⁹ insidienṫ: ⁊ pueri p⁹
triẽniũ apud pr̃em nõ suspectũ ali debeãt ⁊
cõmorari: ⁊ si apud mr̃em maneret possȝ il
lũ trahere ad ĩfidelitatis errorẽ: ⁊ iõ ꝑpter
fauorẽ fidei. respõdet pa. puerũ illũ pr̃i assi
gnãdũ. Nota ꝙ filius ẽ i ꝑtãte pr̃is ⁊ nõ ma
tris. Itẽ filius seqtur agnatõem pr̃is ⁊ mr̃is
Itẽ filius post quadriẽniuȝ a pr̃e est alẽdus
Itẽ filiĩ nõ debent morari apud suspectas ꝑ
sonas. Alexander tertius.

¶ De uoto ⁊ uoti redemptione. Rubrica

DE peregrinationis.
Aliqs fecit vo
tũ ꝑegrinatõis q̃riṙ vtꝝ tale uo
tũ possit redimi elemosinis uel
cõmutari i aliud nccitate istãte. rñt papa ꝙ
de arbitrio suꝑioris pẽdet vt ipse cõsideret
diligẽter qualitatẽ vouẽtis ⁊ cãm ↄmutatio
nis. s. an ex ĩfirmitate vel affluẽtia diuiciaꝝ
aut alia ꝑbabili cã: ut. s. ꝑegrinatõ uel cõmu
tatio magis sit deo accepta ⁊ ſm hoc sṙ hoc
dispẽset. Nota ꝙ circa votũ ꝑegrinatõis ꝑt
ep̄s dispẽsare. Itẽ faciẽdũ ẽ ꝙ magis vṙ ve
risimile deo acceptum. Idem.

VEnientis. R. clericus dũ
eẽt in puerili etate ↄsti
tut⁹ ⁊ doli capax disposuit profi
cisci hierosolomitani ⁊ cuidam qui illuc ac
cedere volebat fidẽ dedit: ⁊ suaȝ ab eo acce
pit ꝙ i via fideles socii existerẽt: tãdẽ factus
discretus ⁊ adultus: accessit ad papã petẽs
eius cõsiliũ. papa illũ absoluit a voto ꝙ in
etate puerili fecerat ex facilitate poti⁹ quam
arbitrio discretõis. ita tamẽ ꝙ uotũ rediat
elemosinis ⁊ toto tꝑe vite sue si poterit vni
paupi dẽat ꝑuidere. Nota votũ redimi pos
se elemosinis ⁊ iusta de causa. Idem.

LItteraturã. Magr̃. a
fecit sibi minui i
brachio: brachiũ inturauit ex illa
minutõe ita ꝙ ꝑterrit⁹ fuit ad mortẽ duȝ eẽt
i tali statu: ꝓtulit hec verba nõ diu hic mo
rabor: ꝓpones in aĩo religionẽ intrare: dubi
tauit an ex hoc facto teneret religionẽ itraṙ
respõdet pa. ꝙ si plus non ẽ i uoto ꝓcessum
nõ dȝ dici trãsgressor si nõ adipleat ꝙ dixit
No. ꝙ simplicia uerba nõ obligãt nisi hẽat
aĩmuȝ adiplẽdi votũ. Idem. Capitu
lum sequens pȝ. Inno. iii.

HOnest. Archieps̄ strigoñ
uotũ emisat ierosolol'imã
uisitãdi. rex vngarie significauit do. pa. ꝙ
cũ regnũ vngarie i turbatiõe eẽt: ↄsiliũ ⁊ au
xiliũ archiep̄i erat sibi multũ nccãriũ: vñ pe
tiit a do. pa. qua. mãdaret archiep̄o ut iero
solimã nõ accederet donec regnũ ad trangli
tatẽ ꝑueniret. vñ pa. mãdat archiep̄o. qua.

iter nõ arripiat ierosolimã adeũdi pri⁹ quã regnũ trãquilitati pristine fuerit restitutũ vel sup hoc ab. ap. se. recipiat mãdatũ: ⁊ iõ trãsgressoꝛ voti nõ hẽbit q de mãdato pa. votũ distulit adiplere. ¶ Nota q nõ dr trãsgressoꝛ voti q ipm differt adiplere: q2 q differt ñ aufert: ⁊ sic ex cã pt differri executõ uoti.

LIcz vni. Rex vngarie votũ emisat ierosolimã adeundi tñ voto nõ cõpleto agẽs in extreis filio suo ãdree duci sb itermiatio male dcõis iiunxit exeqndũ. ⁊ ille signo crucis assũpto pmisit votũ pris sine dilatiõe adiplere p̃re sublato de medio collecta multitudie q̃ potuit bellatoꝛ ↄtra frem suũ regẽ vngarie ↄuertit. pa. hoc itelligẽs mãdauit eidẽ qua. oib⁹ aliis p⁹positis vsq3 ad festũ exal. s. cru. iter arripiat ierosolimã adeũdi: onus sibi in iũctũ ⁊ spõte receptũ exequẽdo: ne successiõe p̃na se reddat indignũ: q si nõ fecerit extũc se nouerit excõicatũ ⁊ priuabitui iur qd sibi cõpetebat oꝛdie geniture. si dictus rex fr ei⁹ sine ple decederet ⁊ regnũ ad minoꝛẽ frẽ3 ipsiul deuolueŕ. No. q aliqs votũ suũ põt exequi p aliũ. Jtẽ q nõ adipletvolũtatẽ defũcti priuari d3 uscessiõe illi⁹. Jdem.

MAgne deuo. Dũ comes cãpanie i vltra marinis ptibus morã faceret ⁊ eccã trecẽ. ↄtra eccãsticã libertatẽ plĩmũ grauareŕ ⁊ trecẽ. eps ↄsiderãs q p aliũ eidẽ eccẽ ñ poss3 de facili subueniri ad ipm pposuit accedere i signũ pegrinatõis: ⁊ deuotionẽ terre oꝛiẽtal signũ crucis assũpsit ⁊ sic arripuit iter pegrinatiõis dũ esset in intellexit q dictus comes moꝛtuus erat ⁊ l3 intẽtiõnẽ suã cõspiceret iã frustratã: noluit tñ redire sine cõsilio do. pa. ⁊ sic ad vrbẽ accessit ⁊ intentiõem suã3 ⁊ statũ eccẽ sue dño pa. exposuit. dñs pa. cõsiderãs dicit q in hoc negõ tria sũt cõsideranda qd liceat fm eqtatẽ qd deceat fm honestatẽ qd expediat fm vtilitatẽ oñdens q ipse votũ suũ pficeret auctoꝛitate pphete dicẽtis: uouete ⁊ reddite: hoc ẽ q dixit quid liceat. ite3 auctoꝛitate euãgeln dicẽtis: nemo mittẽs manũ ad aratꝝ ⁊ respiciẽs retro aptus ẽ regno dei. ⁊ hoc est qd dixit quid deceat. Jtẽ non expediebat ppter exẽpla alioꝝ q2 q agiť a p̃latis facile trahiť ab aliis in exẽplũ. ⁊ hoc est quid liceat. postmodũ allegat inẽciã. qd votũ pficere nõ debeat ppter etatẽ cum vix posset sustinere laboꝛes ppter nccitatẽ trecẽn eccẽ cui ẽ obligatus ipm ẽt votu3 q l3 ex sui natura sanctũ esset: nõ tñ sine licẽtia se. apo. vouere potuit. postea ostẽdit q votũ cõmutari possit auctoꝛitate veteris testi. vñ ↄsiderauit q votũ possit cõmutari i aliũ op⁹ pietatis nõ curãdo qd hoies iniq loquãtur. exẽplo dñi dicẽtis: sinite illos q2 ceci sũt. concedit epo licẽtiã votum pegrinatõis taliter cõmutare vt expensas quas esset facturus eundo moꝛãdo ⁊ redeundo: trãsmittat in subsidiũ terre scẽ: laboꝛẽ oꝛatiõibus ⁊ ieiunijs recõpẽsans: ⁊ q2 ep3 spãliter p libertate trecẽn ecclesie p dictũ comitẽ assequenda votũ pegrinatõis emisit: eo sublato de medio causa cessauit ⁊ iõ cessare potuit ⁊ effectus ⁊ hac cã suspecta: pãpa hãc indulgẽtiã sibi fecit. ¶ Not. tria pmissa qd liceat qd deceat: qd expediat. Jsta ↄsiderãda sunt a quolib3 discreto. Jtẽ factũ pꝛelatoꝝ de facili trahitur ab aliis i exẽplum: et iõ valde cauere debent qd eis liceat qd deceat qd expediat. itẽ dericus uel eps sine lnia sui plati votũ pegrinatiõis nõ d3 emittere. Jtẽ uotũ iusta cã pt cõmutari. Jtẽ ueritas ppter scãdalũ nõ ẽ dimittenda. Jtẽ cã uoti inpõ ↄmutãdo cõsiderãda ẽ Jte3 cessante cã cessat effectus Jdẽ.

QUod super. Quidã3 assũpserũt signũ crucis in subsidiu3 terre scẽ q2 isti uotũ suũ nõ adiplebãt. mãdauit papa cãtuarieñ. archiepo ut eos cõpelleret ad executionem uoti. qdã ppter ifirmitate3: qdã ppter paupertate3 uel aliã iustã cãm: vtiliter nõ poterãt adiplere uotũ suũ. ↄsuluit archieps a papa quid de his ess3 agendũ. Et ipse respondit q debiles ⁊ inopes magis in defectũ q̃ ad pfectu3 accedunt illuc q2 debiles pugnare nõ pñt ⁊ pauperes mendicare coguntŕ: nisi foꝛte sint nobiles ⁊ magnates ut suis expẽsis secum possint ducere bellatores uel arti

fices vel agricole q ŏ laborib⁹ suis sibi victū querere possūt vnde pa. distiguit inter illos qui tpalē cām hēre noscūtur: ⁊ inter illos q ppetuā primis dāda ē dilatio. scđis ē redēptio indulgēda ita tamē q expēsas quas essent facturi trāsmittāt in subsidiū terre scē.

¶ Rursus. In hoc. §. distinguit inter illos qui ī defensiōem terre scē votū pegrinationis emittūt ⁊ illos quib⁹ p satisfactiōe suorū peccatorū iter peregrinatiōis iniūgit circa primos plus cōsiderat succursus terre scē circa secūdos: labor itineris śm itentionē uouentis vel penitētis. ⁊ iō si aliquis de vouētibus ē inutilis ad pugnādū: melius ē votuȝ redimere quā expēsas cōsumere ⁊ de penitēte qui nō possit ppter debilitatē iter pegriatiōis implere. idē ē dicēdū. s. ut rediat votū sed nō de illo qui possit ire lȝ non possit pugnare qꝛ pricipalis cā considerāda est: mulieres vero que non vouerūt si remāere voluerint viros suos sequant: ille vero q̄ vouerūt nisi sint diuites vt possint secū ducere bellatores redimāt votū. ¶ No. q votū p terre scē subsidio factū ex iusta cā pōt redimi vel differri. Itē principalis cā voti cōsiderāda est ⁊ śm illā dispensandū. Idem.

Ex multa In. c. pcedēti dicit circa cruce signatos ut illi votuȝ redimāt qui ppetuo īpedimēto tenētur: q̄siuit archieps ille cātuariē. vtꝝ id q in decretali p̄dicta dicitur ius generale ↄstituat ut licituȝ sit prelatis absoluere sibi subiectos śm formā ibi expressam. Preterea ī eadē decretali in parte decisa dr̄ p viros religiosos poterit dispensari: quesiuit archieps de qb⁹ religiosis intelligat. rn̄t pa. ad primā qōem q ī ↄsultatiōe predicta ius statuit generale: ⁊ lȝ dicat ibi ad quales. s. viros religiosos non tn̄ explicatur ibi ad quos eius executio spāliter spectet. dicit pa. executō illius iuris ad illos tātū ptiet quibus a se. apo. fuerit iniūctum. p hāc rn̄sionem soluta est secūda qō de quibus religiosis illud sit intelligēdū: s. vtꝝ de regularibus, an de epis. ad neutros istoꝝ executio illius iuris spectat sȝ ad illos cui ē quibus a se. apo. specialiter indulgeť.

¶ Secūdo. In precedēti decre. dr̄ si qs vouenciū est inutilis ad pugnādū quāuis sit abilis ad eundū melius est redimere votuȝ quā expensas cōsumere: quesiuit archiepus vtrū generaliter intelligendū tā de nobilib⁹ qui secū possunt ducere bellatores an de minoribus tantū. rn̄t pa. si diligenter ↄsiderasset qōem istā solutā inuenisset in decre. p̄dicta vbi dr̄ q debiles ⁊ inopes magis ī defectū q̄ pfectū accedūt ⁊c. q aūt dicit in fi. precedētis. c. mulieres q̄ remanere voluerint de illis intelligit que p votū nō sunt astricte. iteȝ in uoto isto uiri vouere pn̄t sine cōsensu uxorū ppter ncc̄itatē populi xp̄iani. clerici uero qui vouerūt ire ad subsidiū terre scē cū clericatus officiū eos reddat inhabiles ad pugnādū uotū redimāt nisi uel ↄsilio strenui uel offō predicatiōis instructi aut sint magnatū obsequio deputati: vel sint adeo diuites ut secū possint ducere bellatores. hic aūt de vonētibus intelligēdū ē: nō de illis quib⁹ labor pegrinatiōis in pnia est iniunctus. Nota hic ab īitio vnū mirabile q ius cōe ē vt dispēsetur ī voto terre scē: ⁊ inde eius executio nulli pmittitur nisi cui papa spāliter commisit. Idem.

Per tuas Quidā emisit votū solēniter bitū regularē in gracinopolitaȝ ecclesia ⁊ postea pmisit q īfra certū tēp⁹ uotū q emiserat adiplere tādē termīo trāsacto votū suū nō adipleuit. postmodū uocat⁹ fuit ad regimen ecclesie geben̄. Iste cōsiderans q uotum emiserat ⁊ nō fecerat q pmisit petiit cōsiliuȝ a do. pape: ⁊ ipse consuluit ei ut si suā sanare desiderat cōsciam: resignet regimen ecclesie geben̄: ⁊ reddat domino votuȝ suū: si postmodum capituluȝ ecclesie predicte ipsum duxerit eligendum electioneȝ poterit recipere de se factam. Nota q qui pmittit solemniter religionē oīno intrare teneť.

Honorius.

Postulastis Duo priores regulares quoꝝ unus erat cruce si

gnatus ⁊ alter signo crucis desiderabat insi gniri: petierūt a dn̄o pa. vt liceꝫ secū defer re vicesimā .puētuū ecclesiaꝝ suaꝝ deputa tā succursui terre scē. Rn̄t eis papa: si ecclie sue p ipsoꝝ absentia enormiter nō ledat: et ipsi vtiles fuerint terre scē verbo ⁊ exēplo ꝙ tamē cōmittūt illoꝝ ꝯscie dimittāt .pcurato res idoneos in ecclesijs suis tenet votū suum explere ⁊ sic poterūt vicesimā eccāꝝ suarū de subsidio terre scē secū portare. ¶ No. ꝙ cū prelatus se absentat ab eccā sua tenet di mittere .pcuratorē qui vice sua .pcuret nego cia ecclesie tā ī iudicio ꝗ extra. Grego.

De statu monachoꝝ ⁊ canonicoꝝ regula rium. Rubrica.

Theodosius Archieps neapolitanus mo nasteria sua grauabat ⁊ ea ꝗ offerebantur ibidē sibi vē dicare volebat: vnde pa. mādat eidē quatē. nec ipse nec pbr̄i sui alicui monasterio aliqd molestie iferat preter solā disciplinā: ⁊ si ali quid illic a fidelib⁹ accesserit nihil sibi debe beat vendicare. sed totū monacis proficiat

Monachi Statuit la terañ. ꝯ. ꝙ mōa chi precio nō recipiātur in mōaste rijs nec soli p prochias hitent qꝛ ve soli qꝛ n̄ est qui subleuet eū si ceciderit ⁊ qui dederit ⁊ qui receperit puniatur. Qui vero peculiū habuerit nisi forte p admistratiōe a cōione remoueat altaris ⁊ qui cū peculio in extrēis inuentus fuerit ⁊ nō restituerit nec oblatio p eo fiat nec inter fr̄es accipiat sepulturam qđ intelligēdū est de oibus religiosis. itē nul lū officiū precio alicui ꝯcedat. Jn fine dicit ꝙ priores qui p elcōem canonicam capituli sui fuerint instituti nō mutent nec remoueant nisi p manifesta cā.

Recolentes Abba tes ⁊ con uētus cistercieñ ordinis i multis recesserant a sua prima institutione in tantū vt multi ex illis ꝯtra regulā ordis sui vendi cabāt sibi villas eccē ⁊ fidelitatis ⁊ alia que ab honestate regulari discrepāt. de quibus dicit papa se cōdolere. vnde mādat eis qua tenus domus illoꝝ suis termis sint cōtēte sꝫ ꝙ a prima sui origine sunt fundate: ⁊ si cui suas intentiōes reliquerit ⁊ cōuertere ad oīa iura alioꝝ mōasticoꝝ se voluerit oportebit eos iure cōi censeri qꝛ dignū ē ut qui similes cū alijs suscipiūt vitā similē sentiāt in legib⁹ disciplinā. Jn fine dicit ꝙ domus alie que ad istoꝝ ordinē sūt translate: vel se transtule rint institutis oibus istoꝝ se cōformēt.

Clemens tertius.

